custodia magis respiciat aiaz q̄ corp⁹ adhuc nō videt oio ,pbabile q̄ angel⁹ omnē actū custodie subtrahat respectu aie. Et ideo adhuc est tertiꝰ modꝰ dicēdi ,pbabilior istis.s. q̄ effect⁹ angelice custodie est respectū boni ⁊ mali.respectu boni cōseruandi uel acquirendi uel augendi.respectu ꝙ mali discernendi uel euitandi uel diminuendi. bonus g̃ angelus obstinatos non reserit q̄m ad actū custodie q̄ respicit malū : qa semp retrahit hoies ne labant in ꝓius.q̄tuz ꝙ ad actū q̄ respicit bonuz obstinatos reserit ⁊ amittꝫ nō custodiet.h Bon Considera nūc aia pcatrix quanta fecit tibi deus ⁊ cuz admiratione dic ei illud Job.7. Quid ē hō qa magnificas eū:aut filius hois: qa reputas eū:⁊ q̄re apponis erga eum cor tuū? Cur o magne deus creare voluisti hoiem paulominus ab angelis minoratū q̄busstibet alijs a te creatis conditisq̄ naturis excellentioꝛē imagine tua decoratuz pcogatiuis insignib⁹ pcētijs aie cōnalis quē ꝓficebas tibi futuꝝ retellē atq̄ cōtrariū? Cur tot beneficia inumera creaturarū tuarū ꝓestas bis q̄ te fugiunt. qui te despiciūt. q̄ te contēnūt ? Scandis ꝓfecto numer⁹ est eoruz q̄ te dereliquerūt ymā aquarū viuentiū. Dereliquerūt inquā te ⁊ auerterūt se a te q̄ es via recta omnes infideles ,idolatre.auctei.hereticiscismatici.⁊ ꝓfani diabolicis opibus seruientes.excoicati. sacrilegi ,pditores.seditiosi.iracundi.odiosi crudeles.detractores.murmuratores. bilingues.falsarij.cursores.periuri.deceptores.mendaces. cupidi.raptores. fures.vsurarij.sortilegi.malefici.incātatores.elati.superbi. hypocrite. ambitiosi.arrogantes. inanis glorie cupidi glorioſi.blasphemi.lusores. fornicatores. adulteri.sodomite.⁊ alijs scelerib⁹ nephādissimis inuoluti. Et tū tu deus meus imperasti terre ut sustineret illos ꝓducere q̄ fruct⁹ q̄bus sustētare se possent. Jussisti soli lune ⁊ stellis ut suos mot⁹ exercerent ad illoꝝ vtilitatē.mādastiq̄ omnib⁹ que in celis terrisq̄ reperiunt ut se coicent ꝓnoiatis inimicis tuis. Cur insup ⁊ angelos cuz talibus conuiuē etiā vsq̄ ad mortē ad illoꝝ custodiam disposuisti? Cur uta blandiris tu deus iustus ⁊ rect⁹ pctōrib⁹ ⁊ iniquis? O pectora dura.o ferreas mētes o sarea ⁊ adamantina corda coꝝ qui intelligere nolūt q̄ ardens sit amor dei etiam ad pctōres quib⁹ ut tactū est bñficia sua gratiosissime ipartit: ut sic occasionē habeāt cōfidēt ad illū redire. Qualiter de⁹ q̄tū de se est vellet oēs pctōres esse saluos. ⁊ quare si sic vult nō omnes saluantur. Capm.z.

Secundū mysteriū declarandū de amore quo deus pctōres diligit dicit de ei⁹ volūtate. Vellet enī deus ex caritate sua oēs homines nō solū bonos sed etiam malos saluos fieri. ꝓm illud apli.i. Thimoth.2. Oēs hoies vult saluos fieri ⁊ ad agnitionez venire. Verūtamē ex b apli dicto ꝑplexa poterit cē dubiaq̄ mens nō multuz recteq̄ intelligētiū. Nā si deus vult oēs hoies saluos fieri.g̃ omnes hoies saluabunt. Quia ut inquit psal. Oia q̄cūq̄ voluit fecit dominus i celo ⁊ in terra in mari ⁊ i ommibus abyssis.sed non oēs homines saluabuntur. igitur non vult deus omnes homies saluos fieri. Soluitur hec difficultas ꝑ doc. sacros qui apostoli auctoritatē tripliciter exponere solent. Prima expositio est Augi. quam inducit magr in text. dis.46. ꝓmili.q̄ dictum apostoli potest intelligi ut in eo sit distributio accomodata : sicut cum dicim⁹. omnis homo tinet in mari.scōm cōmunem modum loquēdi intelligendum est qui est in mari. Similiter si dicatur. magister iste docet omnes pueros huius ciuitatis. intelligitur q̄ docet eos qui addiscūt. Nullus enim docetur nisi per ipsum. Sic i ꝓposito potest esse sensus : q̄ deus vult saluos fieri omnes homines qui saluātur.quia nullus saluatur nisi velit de⁹.

Secūda expositio est magistri in tex.

q̄ dicit q̄ ibi est distributio .p. generib⁹ singulorū ⁊ nō .p. singulis generū. sicut cū dicit. Omne aīal fuit in arcba noe: q̄a de oībus generibus aialiū fuerunt ibi aliqua individua. Et sic deus de oi genere vult aliq̄s saluari. de grecis. de latinis. de iudeis. de prelat⁹. de subdit⁹ ⁊ de aliis. Tertia expositio ē scōm Jo. dama. d. q̄ de⁹ vult cōes homines saluos fieri volūtate afficedente nō p̄sequente. Volūtas aūt afficedēs ſm eundem reliquosq̄ tres. est q̄ qs vult aliq̄d absolute. Voluntas vo p̄sequēs est q̄ quis vult aliq̄d cōsideratis circūstātiis. Voluntas ergo afficedēs in deo ē voluntas respectū eius. p̄pter qō deus hoiem facit ⁊ est irrefragabiliter bonor. Volūtas cō sequēs est qua vult aliq̄ ſm p̄sciaz meritorū non que sequit merita. Prima. s. afficedens dicit a magistris volūtas cōditionalis siue volūtas qua deus vult q̄ tū in se est. Secunda aūt. s. p̄sequens dicit absoluta. Differentia aūt inē hāc voluntatē ⁊ illā nō est ſm diuersitatem affectionis siue modi volēdi qui sit i deo: ſ ſm rōnē cōnotādi ⁊ intelligēdi. put cū deus dicit velle oiuz salutē q̄tū in se est: ⁊ afficedēs cōnotat i oib⁹ hoibus ordinabilitas ad salutez: tum ex parte nāe date: tū ex pte gr̄e oblate. Dedit. n. deus nām ſm quā possent hoies cognoscere illū ⁊ cognitū querē ⁊ q̄situ inuenire ac inuēto inhērere ⁊ p hoc salutem obtinē. Preām sil'iter obtulit dū filium misit cui⁹ meritū oiuz saluti sufficit. Leges ⁊ mādata salutis tribuit ⁊ ostēdit. Ipse etiā p̄sto est oib⁹ inq̄rentib⁹ ⁊ inuocantibus eū. Velle ḡ hoiem afficedēter saluare ē ordinatū ad salutē facē ⁊ saluari volenti non deesse. Unde velle afficedenter saluare nō cōnotat salutē sed ordinabilitatē ad salutē. Velle aūt cōsequēs siue absolute saluare est velle dare salutē ei quē p̄scit ad salutē puenturū p suū auxilium ⁊ gr̄am. ⁊ cōnotat salutis euentū. Sic nō ē dicē q̄ deus velit cōes hoies saluos fieri. Et ꝫ tertia expositio magis efficax est ad clare intelligēda apli verba. Ex quib⁹ elicitur q̄ amorosus de⁹ nec in minimo deest ad succurrendu subueniendū fauendūq̄ pctōribus ut saluent. Qui si nō saluāt ipsi soli sunt accusandi meritoq̄ reprehendendi qui bibere noluerūt aquam fontis indeficientis amoris diuini.

Qualiter deus ostendit amorē suū pctōribus illos supportando vocando ⁊ offerendo filium suū vnigenitum ac sanguinem eius. Capm. 3.

Tertiū mysteriū contemplandū de amore quo de⁹ pctōres diligit dicit de ipsius copiositate. Nam p̄ter ea q̄ dicta sunt in p̄mo ⁊ secundo mysterio p̄cedentib⁹ inuenio adhuc p̄cipue tria signa exprimentia copiosissimū amplissimūq̄ amorē diuinū erga pctōr salutē. Primū dicit supportatio. Secūdū vocatio. Tertiū oblatio Primū signū dicit supportatio. Supportat equidez de⁹ ⁊ expectat patienter pctōres: qui p̄ cōmissa pcta iuste meritoq̄ punirī posset. Dis eni q̄ pctm facit ⁊ mortaliter peccat mereť subito puari q̄busliber būficijs corporalib⁹ ⁊ spūalibus. Mereť adhuc descēdere viuens in infernū. Et q̄d est q̄ deus būignorē iusticie ꝫ pctōres nō exercet. q̄n imo differt vltionē nō solū p dies sed p mēses ⁊ ānos? O quot repiunť in hac mortali vita q̄ p. x. aut. xx. aut. xxx. aut plures ānos sp in pctis dormierūt: ⁊ tñ illos nō exterminauit de⁹. An forte putamus id factū ee: q̄a sibi pctā non displicēt uel q̄a iust⁹ illa punire negligat uel q̄a ignorās illa nō videt: aut impotēs fact⁹ illa vindicare nō valet? Absit ut ista cogitem⁹ de deo magno ⁊ immortali q̄ optim⁹ abhoriť cē malus. iust⁹q̄ nullū relinq̄t ipunitū. sapiēs oia videt. oia nouit. oia pscrutať. cui⁹ potēcie nulla creatura resistere possit. Cur ḡ tā diu punire pctā dissimulat nisi quia lāguet amore? Unde ē q̄ Deu⁹. xx. ep̄la c. 3. ait. Dñs patienter agit nolens aliquos perire sed omnes ad penitentiam reuerti. Et Salomon Sap̄. vi. c. dicit.

Misereris omniū dñe qm̃ oia potes ⁊ dissimulas pcā hoiuz ꝓpr̃ pniaz. Secundū signū exprimēs copiosissimum amorē diuinuz dicit vocatio. Apparet vtiq; q̃tū velit deus pctōrū salutem qui nō solū illos nō punit ⁊ suffert, vr̃ etiā multipliciter inuitat ⁊ vocat. Quid nā sūt tot dei bñficia pctōribus collata de quib⁹ paulo ante memoriā fecim⁹ nisi voces blande ipsos pctores allicientes? Quid sunt scripture sacre? q̃d sanctoꝝ exempla? q̃d doctoꝝ tam diffusa dicta q̃d promissiones? q̃d cōminatiōes? q̃d p̃cepta legis? q̃d ecclie sacra? q̃d remiss viue voces tot p̃dicatoꝝ ⁊ hi? Via siquidē ista clamor quidā sūt ad pctōrū aures fortiter sonās. ⁊ tandem ab alto crucis auditur vox illa nō puis pendēda pendentis in ea crucifixi ihu. Sitio. Sitio sitio. Sitiebat. n. ut Bern̄. ⁊ Aug⁹ exponūt nostrā salutē. Ihñ ⁊ Bern. ait. Ascendit i altū crucis ut ab oibus videret. voce magna clamauit ut ab oibus audiret. clamoꝝ lachrymas addidit: ut homo ei cōpateret. Qui ad ei⁹ clamorem nō excitat ad vocē nō cōpungit grauior est ira. durior petra. ⁊ fetidior sepulchro. Tertiū signū in q̃ relucet erga nos amor diuin⁹ dicitur oblatio. Pro salute nāq; pctōꝝ obtulit deus p̃ vnigenitū filiū suū illūq; misit i mūdū. Ihñ Joh. 3. Sic deus dilexit mūdū ut filiū suū vnigēitū daret: ut ois q̃ credit in illū nō pereat: ⁊ habeat vitā eternam Ipse ꝙ dei filius incarnat⁹ seipsū obtulit in ligno crucis holocaustuz ⁊ hostiam sanguinē, ꝓpriū fundēs i remiss sionē pctōꝝ q̃ tante fuit efficacie ut sufficere posset ad salutem infinitoꝝ hoiuz si tot darēt. Ihñ Apoc. ꝙ. dr̃. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctis nr̃is i sanguine suo Sanguinē itaq; illū passim⁹ indistincte offert oibus pctōribus. Offert inquaz de capite suo spinis pungētib⁹ coronato. de facie sua decora alapis dure percussa. de manib⁹ ⁊ pedib⁹ clauis in cruce infixis. de toto corpe ad colūnā crudeliter flagellato. ⁊ de latere suo lancea aperto ⁊ vulnerato. Propē que oia deuotus Bern̄. sermone. z z. sup Cant̃. ait. Ad cumulū pietat̃ tradidit i morte aiam suā ⁊ de, ꝓpio latere, ptulit p̃ciuz nre satisfactiōis. Ihñ ad se ꝑsiculū illū traxit. Apud dñm mīa⁹ copiosa apud eū redēptio. O amor vere incōparabilis o amor incogitabilis. Stat i cruce dei filius ⁊ pctōribus dicit, si saluari cupit̃ si salutē queritis. ⁊ ego, p vobis ut saluemini patri meo sanguinē innocētēq; vitā offero. Sed tāta ē humani cordis duritia ut paucissimi inuenīā q̃ velint sua pctā corrigere deoq; sūmo bono firmiter inhrē. Qui autē redire nō negleꝝerint saluabunt̃ p mīam ⁊ clementiā illius qui est benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

Sabbato dñice sexagesime. de dilatione pnie. ⁊ quare multi tardant seu differunt ad penitentiam redire audientes deū benignū sic misericorditer ipsos vocantem. Sermo. ⁊.

Dum tempus habem⁹ operemur bonū. Doctoris gentium ꝙba sūt ista originaliter Gal. 6. ca.

Cuz auditū pctōres q̃plurimi ea q̃ dicta sūt de benignitate deiuolentia ac dilectiōe dei vocantis ⁊ inuitantis illos ad pniaz: statuūt i animo suo dio ad illam redire: Sed diabolica fraude decepti interponunt tpm spacia asserentes se pniam facturos nō i p̃sti sed in futuro cū uel infirmitas aliqua uel languor grauis aduenerit uel cum senecta iam seculi delitias ampli⁹ non gustabit. Talibus autē sic opinantib⁹ videt̃ tuta ducere vitā esseq; in statu salutis ⁊ gre. Uerūtn̄ q̃ periculosissime errent i hac sermocē agere censui in q̃ de dilatione pnie aliq; pulchra ⁊ vtilia deo duce pcurrā: qm̃ nō ē, pcrastinandū ut benefaciamus ꝑm apli documentū. qui dicit in verbis in themate nro ꝓpositis: Dū tēpus habemus, s. nūc ⁊ nō postea

hodie ⁊ nō cras oꝑemur bonū ad deū
p pniam reuertentes. Ubi de dilatione
penitentie seu prolongatiōe tria myste-
ria occurrunt declaranda.
Primū dicit causalitatis.
Secundū fatuitatis.
Tertiū iniquitatis.
¶ De multi differunt penitere seducti a
diabolo aut ꝑ timorē aut ꝓpter pudo-
rem aut ꝓpter spem aut desperationem.
Primū mysteriū ¶ Capm.j.
dicit causalitatis. In q̄ exq̄rere
licet que est causa cum pctōres
efficaciam ⁊ necitatē pnie cognoscētes
illā differre volūt. Et pñt assignari p̄n
cipalit̄ q̄tuor cāe potissime ac p̄ncipa-
les q̄bus hoies pctis inuoluti ꝓpastri-
nāt penitere. Prima dicit timor. 2ª pu
dor. 3ª spes. 4ª desperatio. ¶ Prima cā di-
citur timor. Timēt eni multi ad pniaz
redire. q̄a cogitāt laboriosū esse de suis
culpis atq; pctis satisfacē. Hz bis tria
remedia ad timorē repellendū dari pñt
Primū ē ꝑsideratio pñt̄ pene facilitat̄.
Secūdū ꝑsideratio pñt̄ pene modicitat̄
Tertiū ꝑsideratio pñtis pene breuitat̄.
Primū remediū ē ꝑsideratio facilitat̄
⁊ possibilitat̄ pene q̄ exigit satisfac-
tio. de qua tria dico nōnda ꝑm Tho. in
4. dis. 15. ¶ Primū notādū q̄ licz pnia
ifructuosa sit sine satisfactiē: tñ aliud
est facē equalens. aliud possibile. Deus
nō exigit a pctōrib⁹ equiualēs uel eq̄le:
q̄a h̄ ē impossibile. Hā ꝑm pb̄m. i. etbi.
in bis bonorib⁹ q̄ sūt ad deū ⁊ ad parē-
tes nō tenet̄ hō ad equalēs ⁊ ad possibi-
le. iō tenet̄ hō satisfacere ꝑm possibilita-
tem suā. Alū Apls ad Titū. 3. Non ex
opibus iusticie q̄ fecim⁹ nos. ¶ Secū-
dū nōnduz q̄ q̄uis hō totū posse suum
retrat deo. nō tamē exigit de necessitate
ut totū q̄ possit faciat: q̄a hoc est impos-
sibile ꝑm statū pñtis vite. cum oꝑtreat
hoiem circa multa sollicitū esse. ¶ Ter-
tiū nōndū q̄ facē aliq̄d acceptū deo pōt
intelligi dupliciē. Aut ꝑ tute ꝓpria ⁊ sic
null⁹ pōt satisfacē de pctis i deū cōmis-
sis. aut ꝑ tute alterius: ⁊ sic vnusquisq;
merito xp̄i pōt satisfacere q̄ ō infinitū.
Et si obijceret q̄ xp̄s liberauit nos a pe
na debita pro pctis nr̄is. iuxta illud. i.
Pet. 2. c. Dctā ipsa ipse pertulit in corpe
suo sup lignū. Quod exponēs magister
sniarū in. 3. dis. 19. ait. Dctā portare est
penā illoz exoluere. ⁊ ad h̄ ē dictū Ysa.
53. Vere lāguores nr̄os ipse tulit. ⁊ do-
lores nr̄os ipse portauit. q̄ nulla satisfa-
ctio penalis erit necessaria. uel si erit
necia non plene xp̄s satisfecit ꝓ nobis.
Rñderi pōt ꝑm Bon. i. 3. dis. 19. q̄ pas-
sio xp̄i liberat nos a pena pnie q̄tuz est
de se: q̄a ꝑm q̄ dicit magister i lrā. in ba-
ptismo oīs pena q̄ ꝓ pctō debet penitus
relaxat. Hz cum hō pctā iterat reddit se
indignū tāto bñficio. Et ꝓ passione nō
remittit ei tota pena: ꝑ minoraf ꝑm q̄
dicit magister i lrā quātū decet ⁊ expe-
dit salua dīna iusticia. Est q̄ possibilis
facilisq; pena satisfactoria. q̄m ut scri-
bitur. ff. de re. iur. l. impossibiliū. ad im-
possibile nemo tenet. Et ut Aug⁹. dicit
in sermōe. De⁹ seruū pigrū nō dānaret
si ea que nullo mō fieri poterāt imperet
¶ Secundū remedium cōtra timorem
satisfactionis est consideratio modici-
tatis ipsius pene. Quis eteni pena tpalis
modicū ē ⁊ q̄si nihil respectū future pene
nō solū iferni: ꝑ etiā purgatorii. de cui⁹
q̄ntitate suo loco disputabit. ¶ Tertiū
remediū ꝓ timore ꝓtractū est ꝑsideratio
breuitat̄ pene satisfactorie. Hā sic bre-
uis ē vita ita breuis ē pnia p quā salui
ē valemus. Quare nullo timore pnia
est differēda. ¶ Secūda cā q̄re pleriq;
differūt pniam agē dicit pudor siue de-
recūdia. Erubescūt eni ⁊ derecūdantur
bñfacē. q̄m solēt utplurimū hoies mali
q̄rū mult⁹ ē numer⁹ volētes benefacere
suāq; malā vitā emēdari i veriū bateri
Hz ad ꝓfutationē erroris hui⁹ triplicē
pudorē nōre debem⁹. videlicz. Primus
dicit cōmēdabilis. Secūdus vituperabil
Tertius abhoiabilis. Primus pudor seu
derecūdia dicit cōmēdabilis. cū. s. quis
erubescit male facē. nā ꝑm Io. Dama.
Derecūdia ē timor alicui⁹ turpitudinis

Ad Ar. explicauit in 3. ethi. Qui timet verecūdus ē. q. aūt nō timet inverecundus. Et v verecūdia loq̄t Valer⁹ li. 4. d. Verecūdia ē parēs ois honesti ꝓsilij. tutela solēnū officiorū. magistra innocētie. cara. primis. accepta alienis. oi loco oi tpe fauorabilē pre se ferens nullū. Et sapiens Ecd. 32. ait. Ante grādinē p̄ibit corusceatio: z ante verecūdiā p̄ibit gr̄a. Hec verecūdia refrenat sens⁹. moderat gest⁹. libzat ꝓba ponderat ꝓmones. ornat senes. vecorat iuuenes. magnificat reges. ꝭleuat ꝭditos. extollit ꝓlatos. z moresq̄ vaurat qñ q̄ erubescitiui sūt hac erubescentia z rubore declināt mala. Sed v mūdo a scādalis qñ rarissima ē hec erubescētia iter hoies vepzauatos. nā nō erubescūt publice plasphemare. ludere. rapere. fenerari. piurare. lasciua verba z scurrilia nō solū dicē ꝫ cātare. inhonesta vestimēta veferre. z p̄cipue mulieres pect⁹ colla brachiaq̄ nudātes: z ornatu meretricio corā hoibus exeuntes. z turpissima scelera adulteriū fornicatiōis stupri sodomie z sacrilegij ꝓpetrare. Secūd⁹ pudor dicit⁹ vitupabil⁹. cū. s. qs omittit ꝑtuosos act⁹ etiā ad saluté necessarios ne mali irrideāt eū. certū eni ē q̄ displicet malis vita bonor. Ad sapiens. p̄v. 21 ait. Alia impij vesiderat malum. Et 29. c. idē ait. Abhoiant impij eos q̄ in recta sūt via. Et. 14. c. Ambulans inq̄t recto itinere z timēs veū vespicit ab eo q̄ infami gradit⁹ via. Et. 13. c. Detestanē stulti eos q̄ fugiūt mala. Et ꝫ id est qa ut dicit Job. 3. Dis qui male agit odit lucē. Nō ꝑbū ponit. 18. q. 2. i. c. pniciosum. Verūtn̄ fatui sūt z abhoiabiles q̄ ne irrideant a malis maior socij efficiantur. Qñ eteni malū irridēt eos qui boni sūt. idē est ac si ceci irridērēt eos q̄ vidēt aut claudi eos q̄ recte ambulant aut laceratas vestes hītes illos q̄ regio habitu sunt amicti. Tert⁹ dicit⁹ pudor abhoiabilis qñ. s. quis ad pniam redire recusat eo q̄ sua peccata turpit cōmissa ꝓfiteri ꝓfundit. De isto ꝫo pudore latius dicā i tractatu de ꝓfessiōe. Tertia cā ḡre multi pniam in longū ꝓtrahūt dicit⁹ spes. Hec aūt triplex ē. Prima diu viuendi. Secunda tpalia vegustādi. Tertia mīaz ꝓsequēdi. Prima ē spes diu viuendi. de qua innumerabiles vecipiunt. pmittētes sibīpsis longitudinez dierū. Nam ut inq̄t Cicero in li. de senectute. Nemo ē eni tā senex q̄ se nō putet annū viuē. Et Hiero. ad Heruntiā. Nemo ē tā fractis viribus⁹ z tā decrepite senectut̄ ut nō se putet adhuc ānū posse suppiuē. Qñ subrepit obliuio ꝓditionis sue: ut crenū aial iam iāq̄ soluēdū erigat in supbiā z aio celū teneat. Verūtn̄ sic quātūcūq̄ excogitare qs velit diuturna vita sp breuis erit. Qñ z Jacobus. 4. c. ait. Que ē vita nr̄a? Vapor ad modicū parēs z deinde exīminabil⁹. De vite aūt breuitate plene scribā i sermone de vita hois z ꝓpter mūdi. z in fine de tpe. z i tractatu de ꝑtubus.

Secunda spes ē tpalia vegustandi. Sperāt eni diligētes mundū mūdanis bonis ꝓ libito posse diuti⁹ iocūdari. Et tñ experientia docet q̄ cūcta b⁹ scīi falsa z desiderata bona caduca sunt z vana nullā i se stabilitatē firmitatēq̄ retinēt⁹. Hinc Sene. ad Lucillum ait. Moli huic trāquillitati cōfidē. Memēto mare cuncti⁹ ut eodē die vbi luserūt nauigia sorbēt. Propterea a dño ihū ꝓpo ꝓpulchra dicta ē ꝓbola quā Lucas scribit 12. c. hois inq̄t cuiusdā diuitis vberes fruct⁹ ager attulit. z cogitabat in se. d. Quid faciā: qa nō habeo q̄ congregē fructus meos? Et dixit. Hoc faciā: Destruam horrea mea z maiora faciā: z illuc congregabo oia q̄ nata sūt mi z dicā aie mee Alia mea habes multa bona posita i annos plimos. Requiesce. comede. bibe z epulare. Dixit aūt illi dns. Stulte hac nocte aiaz tuā repetēt a te. Que aūt parasti cui⁹ erūt? Sic est qui sibi thesaurizat: z nō ē i dño diues Tertia ē spes mīam ꝓsequēdi. nā pleriq̄ velibrāt oē sinū tēp⁹ in iniuriā creatoris sui exponē z tandē ab eo misericordiā impetrare.

Hanc ſpm refrenat ſapiēs: cum dicit Eccl.5. Ne dixeris: peccaui. & qd mihi accidit triſte. Altiſſim⁹ eſt patiēs reddit or. de ꝓpiciatu pctōrū noli eſſe ſine metu neq; adijcias pctō ſup pctō. Et ne dicas Miſeratio dñi magna eſt. multitudinis pctōz meoz miſerebit. Mia eni & ira ab illo cito. ꝓximat & i pctōres reſpicit ira eius. Ne tardes cōuerti ad dñm. Subito eni veniet ira illi⁹ & in tpe vindicte diſperdet te. Quarta cā ḡre pctōres pniam retardāt dicit deſpatio: ad quā inducunt ꝓpter tria. videlicet. p ꝓpter pctōrū magnitudinē. 2. ꝓpē pctōrum multitudinē. 3. ꝓpter pctōrū viciſſitudinē. Sz p̄cedentia que dicta ſūt in ſmone de mia dei oia iſta diſſoluūt. Nō ſūt itaq; ptacte cās ſufficiētes & neceſſarie ad retinendū pctōres ne cōuertantur ad deum.

Quē fatue agunt q̄ differūt pniaz ꝓpē impedimenta que pñt differendo ꝓuenire ꝓpē que exponūt ſe piculo maximo

Secundū myſteriū Caplm. 2. declarandum de dilatione pnie dicit fatuitas. Qui eni ſic differūt q̄ dr̄uplici fatuitate laborāt. Prima dicit picuationis. Secūda abbreuiationis. Tertia ruinatiōis. Quarta ceſſationis. Prima fatuitas dicit periclitationis. qa illi q̄ pniam nō faciunt cū pñt exponūt ſe piculo nō facere illaz poſſe cū credunt. Vnde Iero⁹ ad Galuinū de Hebridio & viduitate ſic ait. Cauendū eſt vuln⁹ q̄ piculo & doloze curat. Aliud eſt integra naui & ſaluis mercantijs portū intrare ſalutis. aliud nudū lxrendo tabulis & crebris curſibus fluctuū ad aſprima ſaxa collidi. h ille. Pōt equidē euenire ut poſt diuturnā pctōrū conſuetudinē malus habit⁹ nō ita de facili amoueat. ſicq; pctōr impenitens fiat. Vnde & Job. 20. c. de tali ſic loquit. Viſa ei⁹ implebūt vitijs adoleſcentie ſue & cū eo i puluere dormient Et ſapiēs ꝓv. 22. ait. Adoleſces ambulā iuxt viā ſuā etiā cū ſenuerit nō recedet ab ea. Et Hiere. 13. c. aiqt. Si mutare pōt ethiops pellē ſuā & pardus varietates ſuas. ſic vos poteritis bñfacē cum didiceritis malum. Ex hoc ē q̄ peccatū ex conſuetudine cōmiſſū morti Lazari cōpat. Propē qō Aug⁹ de pe. di. 2 c. ſicut. ait. Sicut tribus gradib⁹ ad peccatum ꝓuenitur ſuggeſtiōe delectatiōe cōſenſu. ita ipſius pcti tres ſūt differētie ſ. in corde. in facto. & i cōſuetudine. tāq; tres mortes. Dua q̄ſi in domo id eſt cū in corde cōſentit libidini. altera quaſi plata iam extra portam cum in factum procedit aſſenſio. tertia cū in vitio conſuetudinis male tanq; mole frena premitur animus q̄ſi in ſepulchro iam putens. Que tria genera mortuorum dñs reſuſcitaſſe quiſq; euāgeliū legit agnoſcit. Lxcibi. In glo. ſo ponit bi versus ſup verbo tāq; Mens mala mors int⁹ malus actus mors foris vſus. Tuba puella puer laçarus iſta notant. Hanc vtro hunc motu lachrymando ſuſcitat illum. Eps & in medico naſcit eger bō. In Laçaro aūt reſuſcitando quattuor erant ꝓditiōes. Prima qa fetebat. Secunda qa lapis erat ei⁹ ſepulchro ſuppoſitus. Tertia quia ligatos habebat pedes & man⁹. Quarta qa ſudario velata erat facies eius. Joh. 11. c. Sic reperiunt ſpiritualiter iſta quattuor i peccatore qui longo ſpacio pctā retinuit. p fetet deo angelis & hominib⁹. 2.⁰ eſt ei lapis ſuppoſitus id eſt mala ꝓſuetudo. Vnde glo. Joh. 11. ait. Dñs fremuit & lachrymat⁹ ē & clamauit voce magna. qa difficile ſurgit quē mola male ꝓſuetudinis premit. h eſt qō Juuenal. pulchre decantat li. 3. ſatyra. 1. Cōſuetudo mali tenet inſanabile vuln⁹. Et Marcialis cocus. Mens aſſueta malo firmius lxret ei. Et Ouidi⁹ de arte amādi Fac tibi cōſuescat nil ꝓſuetudine mai⁹ Rō ē. qa ſm Ariſt. li⁰. de memo⁹ & reminiſcen⁹. Cōſuetudo eſt altera nā. Et. li. 1.⁰ etbi. Conſuetudo nature aſſimilat. Et li. p. retho. Similis ē cōſuetudo nāe ꝓpe eni qō ſepe ei qō ſemp ē. Eſt autem nā ei⁹ qō ſp ꝓſuetudo ei⁹ qō ſepe. Dec ille

Tertio habet man⁹ ꝛ ꝓdes ligatos: quia imꝓtes fac⁹ est p⁹ petiñ ad bene opandū. ℣ 4.° pct̄oꝝ habet faciē velatam sudario: quia ex quo in tenebris pct̄oꝝ fuit spūalē visū amisit. De talib⁹ namq; pct̄oꝝib⁹ inq̄t Sophōias. i.c. Ambulabūt ut ceci qa dño ꝓcauerūt. ꝛ Sap. 2.c. sapiēs ait. Excecauit illos malitia eoꝝ. Quare piculosū ē frequētare pct̄a ꝛ pniaz. plongare. ℣ 5.° fatuitas illoꝝ q̄ differūt ꝑūti ad pniam dicit abbrcuiatiōis. qa cū tēp⁹ breue sit nō curant sibi de salute necessaria prouidere. Fatuus nāq; nō imerito reputari posset si quis iter cepisset ad locum aliquē ad quem longa esset via ꝛ vix ibi ambulans per totā diem vsq; ad noctē peruenire valeret. ꝛ tñ post ceptū iter stans quiesceret dicēs: hora vespertina uel hora cōpletorij perficiā iter meū. Sic fatuus est qui ad regnū celoꝝ vbet accedē horā tardā ꝑstolās qua se ad pniam cōuertat. ℣ 6.° fatuitas eoꝝ q̄ differūt pniaz facē dicit ruinatiōis. qm̄ pct̄a nō ꝓponens facile ad alia trabit. Et quāto ꝓcata magis multiplicanē. magis grauāt aiam ꝛ ex ꝓsequēti cū maiori difficultate resurgit. Ideo legit̄ in vitis patrū. Dr venit vr ad beatū Arsenū. d. Egredere ꝛ oñdā tibi opa tuiuz. Et egress⁹ vidit ethiopē nigrū cedentē ligna securi ꝛ facientem grandē sarcinā ꝛ temptabat leuare eā ꝓ ꝓre magnitudine non poterat. Et iterꝝ cedebat alia ligna ꝛ addebat sarcine: Innitebat̄q; adhuc leuare illā ꝛ min⁹ q̄ ꝓri⁹ poterat. Quā ꝓponebat ꝛ iterū cedēs alia ligna sarcine adiungebat ꝛ fatigabat̄ sicut ꝓus illā leuare ꝛ ꝓter mai⁹ pond⁹ maioꝝq; gūitatē nequibat illā mouere. Fuit hec visio sibi exposita sic. Dr qui cedebat ligna ꝛ addebat sarcine homo pct̄oꝝ ē q̄ pct̄is oneraf⁹ sepi⁹ illa leuare nō sufficit ꝓ supaddēs ꝛ alia intra se dicit. Postq̄ congregauero mlta pct̄a plura ꝓxib⁹ tūc illa leuabo ꝛ de illis pniam faciā. ℣ 7.° fatuitas dicitur cessatiōis. Cessat equidē multotiēs ꝛ ꝓficit illud qō fuerat homo ꝓmeditat⁹ ꝓremeditati nāq; fuerāt multi mori in senectute ꝛ mortui sūt i iuuētute. ꝛ mori i domo ꝛ mortui sunt extra domū. mori inter suos ꝛ mortui sunt inē extraneos. mori loquētes ꝛ mortui sūt lingue vsu ꝑuati. mori in diuitijs ꝛ mortui sunt in egestate. mori cum pnia ꝛ mortui sunt obstinati. O vita fallax. o vita fragilis o vita mutabilis cui⁹ exitus nulli⁹ pscire mortaliū pōt. Unde sapiens Ecclesiastes 9.c. ait. Nescit hō finē suū ꝓ sicut pisces capiūt hamo ꝛ aues ꝓtendūt laqueo sic capient̄ homines in tēpore malo cū eis extemplo supruenerit.

Dr iniqui sunt q̄ puiam tardāt ꝛ cōuerti ad dñm. ꝛ agūt ꝫ deū ꝛ angelos ꝛ ꝫ seipsos ꝛ ꝫ cēm creaturā. Capitm. 3.

Tertiū mysteriū ꝓtēplādū circa pnie dilationē dicit iniquitas. Peccator nanq; qui pnitentiā differt iniquus ē quadruplici iniq̄tate prima est cōtra deum. Secunda cōtra angelos. Tertia ꝓtra seipsū. Quarta ꝫ cēm creaturā. ℣ Prima iniq̄tas est ꝓtra deū cui apponit fel in escam. iuxta illud psal. Dederūt in escā meā fel ꝛ i siti mea potauerūt me aceto. Delut. n. esca dñi ē opus bonū. qa in eo dñs delectaf⁹ tanq̄ inē flores. sm illud Cant. 2.c. Pascitur inē lilia. i. inē mūda opa. Esce ergo dñi fel apponit q̄ bonis operib⁹ q̄ agit amaritudinē pcti admisceat pniamq; refugit Talis etiā q̄ senectutē ad pniaz agēdā expectat veteriozē ptē vite sue deo reseruat ꝛ meliozē diabolo imolat. ℣ Secūda iniq̄tas est i angelos. Impenitentes vtiq; ꝓ suo modo quātū de se ē angelos affligere nō erubescūt. Nam licz angeli bti impassabiles sint ꝛ oi iocūditate repleti: tamē ut virtū⁹ in ꝓcedentibus de malozꝝ ꝓuersiōe. gaudiū aliqō accidēta le suscipiūt. Hoc ꝫo eis desse necesse ē cū pct̄oꝝes nō ꝓuertūf. ℣ Tertia iniq̄tas peccatriq; aie ipenitētis ē in seipsaz. Nā dū pct̄oꝝ differt cōuerti vult pct̄a⁹ babē se malū q̄ bonū infirmū q̄ sanū seruū q̄ libez in statu latronis q̄ in statu regis nihil habentē q̄ oiuz bonoꝝ ecclesie

ptīcipē inutilē ꝙ multū valentē. Pectū nempe facit vsez malū ifirmū mortuū seruū. latronē: qz furat vna rei. pauperē ⁊ inutilem. ¶ Quarta iniqtas est in omnē creaturā. qz ꝑ duritiā vsuz pctōrū creature irrōnabiles quodāmō puniūt. Obscurat⁹ ē eni sol tpe passionis ꝑter iudeoz crudelitatē. Perierūt in diluuio tot aialia ⁊ volucres celi ꝑ pter pctā vsuz. Maledicta fuit terra ꝑter pctā primoz parentū. Expgiscim ingō pctōres tardi. ecce nūc temp⁹ acceptabile inqt apls. 2. Cor. 6. Ecce nūc dies salutis. Nemini dātes vllam offensionē nec deo nec angelis: nec vbisinerpsis: nec etiā creaturis p tarditatē puersionis vre ⁊ sic facientes accipiet vic a deo grāz ⁊ i futo glīaz. Amē ¶ Dnica in sexagesima de fructuoso ⁊ vtili ſbo dei q̄ mediāte cēs gētes crediderūt in xp̄m saluatorē nr̄m. Sermo. 8

Semen est

verbū dei. Scribunt hec ſba Luc. 8. c. ⁊ i euangelio hodierno pūtis dnice. Nibil tā efficax ee pōt ad puersionē cuiuslibet pctōris. ⁊ cuuslibz virtuosi ꝓfectionē sic verba ⁊ frequēs auditio ſbi dni. Scim⁹ ereni p pdicationē euāgelij mūdū totū ab idolatrie errore reuocatū. Nā antea cēs gentes vna excepta ꝑpli iudeoz vos falsos cū dānatissimis superstitionib⁹ excolebant At vbi vox euangelij audita ē in oi ēra olis error ab ei⁹ ꝑspectu fugat⁹ est tanq̄ si tenebre a lucis radijs fuissēt repulse Ex hoc inqt Eusebius pamphili. li. i de euāgelica ꝓpatiōe. Nō eni pterse q̄ xp̄m secuti sūt mīes suas nepbādis nuptijs cognoscūt. nō humanis vescunt carnibus scytle qm ad eos vsq; pdicatio xpi peruenit. nec carissimos falsa religione ipulsi filios iugulāt. Nec certe ac talia pene infinita vsuz quondā vita vrabant. Nassagete ac verbices traduntꝑ ꝑinquos atq; affines suos q̄ senectute ꝓficiebant miserrimos putasse. ac iō immolatas carnes eoz q̄s plurimi fecerant deuorabant. Albareni viuos seniores suos ꝑcipitarūt. Hyrcani rapacis generis ursis ac canibus ꝓpcere solīt. Que q̄dē cuncta irreligiosissime faciebant. nūc ꝙ sola euāgelica vtute vndiq; truculentissima b̄ pstis expulsa est. dic ille. Et ut plen⁹ intelligat ab oibus quāta sit virtus dni verbi. in b̄ sermone de ipso quenienter tractabim⁹ eo q̄ saluator oīuz in ꝙbis allegat in tēmate dixit ꝙbū dei esze semē. s. spūalium carnaliū ⁊ nrōz. In q̄bus verbis tria mysteria sunt declaranda.

¶ Primū ē de ꝙbi dei pdicati dignitate.

¶ Secūdū de predicantis ꝙbū q̄litate

¶ Tertū de auditionis eius vtilitate.

¶ De q̄nq; sūt egregie ⁊ excellētissime dignitates ꝙbi dei ⁊ officij pdicandi.

Primū mysteriū / ¶ Capl'm. i. declarandū est de dignitate ꝙbi dei pdicati seu officij pdicandi. Et ad b̄ intelligēdū subnotabim⁹ q̄nq; excellentias de dignitate ei⁹ / ¶ 1°. dī xp̄i exercitatio. 2°. apl'oz electio. 3°. miraculoz coruscatio. 4°. pdicatoruz defensio. 5°. ecclie sublimatio. ¶ Prima excellētia ꝙbi dīni ⁊ officij predicandi dicit xp̄i exercitatio. Hūs quidez ibus deus dei filius pdicare voluit ⁊ pdicationis officiū exercē. Hūc Matb. 4. dī Cepit ibs pdicare ⁊ dicē pniam agite. Et Luc. 8. de ipso dī. Uter faciebat per ciuitates ⁊ castella pdicans ⁊ euāgelizans regnū dei. Et ut colligit ex dictis euāgelistaz. p̄cipue Job. 8. ⁊. 18. c. sepi⁹ vocebat pdicādo in tēplo ⁊ i synagoga Clerūtū nō imerito q̄rē q̄s pōt. Utrum xp̄s debuit solū iudeis ⁊ nō gentilibus pdicare. Ad q̄ rūdet Tho. 3. pte. q. 42 A. quemēs fuit pdicatiōz xp̄i tam per apl'os ꝙ p ipsū a pncipio solis iudeis exhiberi triplici rōne. p̄ rōne impletiōis 2°. rōne ordinatiōis. 3°. rōne triūphationis. ¶ Prima rō dicit impletiōis. Predicauit enim xp̄us iudeis ut impleret

promissiones factas antiqs pribus.nō
aūt gentilib⁹:qm̄ pl⁹us ille iudeozū trī
viuebat sb̄ vei veri cultu. Ad aplōs Ro.
ix.ait.Dico xpm fuisse ministruz circū
cisionis.i. pdicatiōis iudeoz ꝓ veri
tatē dei ad confirmādas promissiōes patrū
Et ut etiā Hiero⁹ dic̄ sup illud Math.
x. In viā gentiū ne abieritis. Oportebat
primū aduētū xpi nūciari iudeis ne
iustā haberēt excusationē.dicētes ideo
se dim̄ reiecisse qa ad gentes transierit
Verūtm̄ sic nō debuit a principio indiffe
renter suā doctrinā gentib⁹ coicare.ita
etiā nō debuit gentiles olo repellere ne
spes salutis eis precluderet. Ideo aliq
gentiliū pticularit̄ sūt admissi.sicut sa
maritana Joh.4.7 chananea Math.
xv.propter excellētiā fidei 7 devotiōis
earū. Secūda rō qre xps tm̄ iudeis
7 nō gētilib⁹ pdicauit dicit ordinatio
nis. Exigebat nāqz debit⁹ ordo ut iu
deis q erāt ꝓpinquores p fidē 7 cultum
vni⁹ vei ꝑius doctrina xpi ꝓponeret 7 p
eos trāsmitteret ad gentes: sicut in cele
sti hierarchia p superiores āgelos ad in
feriores dine illuminatiōes puenīunt.
Vñ Hiero⁹ sup illud Math.xv. Nō sū
missus nisi ad oues q perierūt dom⁹ isr̄l.
Nō inqt hoc dicit quin ad gētes missus
sit.sed qm primū ad isr̄l missus è. Et hoc
pdixit Ysaias.vltō.c. Mittā ex eis qui
saluati fuerūt s. ex iudeis ad gentes.in
mare in africā in lydiā tenētes sagittā.
in italiā.in greciā.ad insulas longe ad
eos q nō audierūt de me.7 nō viderunt
gloriā meā 7 ānūciabūt gloriā meam
gentib⁹. Tertia rō quare xps voluit
iudeis 7 nō gentilib⁹ pdicare dicit trī
phationis.ut oīderet triūphū 7 victo
riā crucis 7 passiōis sue p quā merut
protestatē 7 dīnū sup gentes. Sm illud
Math.vltō. Data est mihi ois ptās in
in celo 7 in tra. Maioris siqdē ptātis
7 virtutis oīsiuū fuit p⁹ passionē suā p
aplos reducē gētes q̄ si aī passionem
ipse psonalit̄ eis pdicasset. Secunda
excellētia ꝑbt dim̄ 7 officij pdicandi dr
aplor electio. Ad b siqdez illos elegit
xps ut ad pdicādū illos mittēt. Unde
Joh.xv. dicebat eis. Ego vos elegi de
mūdo ut eatis 7 fructū afferatis 7 fru
ctus vr̄ maneat. Ip⁹ passionē ꝑo suā 7
resurrectionē dixit eis illud Mar.vltō.
Euntes in mūdū vniūsū pdicate euan
gelīū oi creature. Et illud Matb.vltō.
Cūtes docete oēs gentes. Non ipsi pfe
cerūt de qbus dr i ps. In om.ter.ex.so,
co.7 in fi.or.ter.y.co. Ipsa ꝑo experien
tia docet q ex eor⁹ doctrina mūdus tot⁹
illuminat⁹ est. Sed hic queri ab aliq
pōt. Utrū apli ex dine gre pfetia aut ali
qua vi seu arte,ꝓpria pdicādo pplorum
corda mentesqz attraxerūt ad xpm. Et
dico q nō potuissent tam cito euāgelīū
oibus gentib⁹ cū illoz emēdatiē pdi
care nisi eis affuisset ꝑtus dina 7 spūs
sci gra. sm illud Marci vltō. Predica
uerūt ubiqz dño cooperante 7 sermonez
confirmāte sequētib⁹ signis. Ad tria sunt
illa que p nām uel artē boies inducere
pūt ad aliquid credendū uel operandū
q tm̄ in aplis xpm pdicantib⁹ non sunt
inuenta. Primū est dialetica 7 loicalis
argumentatio. Secūdū est rhetoricata
psuasio. Tertū è bonoz tpaliū promissio
Primū est dialetica 7 loicalis ar
gumentatio. Argumētū nāqz ut loici tra
dunt est rō rei dubie faciēs fidem. His
argumentis cōmoti sunt plerīqz ad se
quendū Platonē. alij Ar⁹. alij Pytha
goram. alij reliquos phos.7 eoz⁹ disci
puli facti. Similibus insup argumen
tationib⁹ Arrius. Apollinaris. Da
nichæus Valentinus Cherinthus Fo
tinus. Nebion. Paulus Samositanus
Carpocracies Apelles Marchion.
Hermogenes Novatus Macedoniꝰ
Florianus Tertulianus Pelagi⁹ Ne
storius.7 ceteri alij suarū hæresū venena
pestifera dissemināuerūt: qbus cō
taminati fuere 7 pplī 7 natiōes. Se
cunduz qō potest homines inducere ad
aliqd credendū uel operandū dicit rhe
toricata psuasio. Inqt enī Deū. ad Lu
cillū. Incredibile est q facile magnos
viros dulcedo oratiōis abducat a vro

Et idem ꝛe ꝓsolatione ad Paulinū ait. Pōt eloquētia que parua sūt approbare ꝙ magnis. rursū magna attenuare ⁊ ad ima ꝛeducē. Et Tulli⁹ li. z. ꝛe oratore sic loqꝫ. Quid admirabili⁹ q̄ ꝛes splendore illustrata ꝙ uoce? Tantā uim habet illa que recte a bono picta est uox atq; nimirū regina ꝛeruꝫ oratio ut nō modo inclinātē erigere aut stātē inclinare: ß etiā aduersantē atq; repugnantem ut impator bon⁹ ac fortis capere possit. lxc ille. Sūt ad hoc ꝓpositus exempla. Nam recitat Valeri⁹ quanta sit uis eloquētie. Et Tulli⁹ i qōnibus tuscul⁹. q̄ Egesias Cyrenaicus pbus quidā cyrene ciuitatis egypti adeo copiose disserebat ꝛe bono mortis mala uite plenissime ꝛemonstrando ꝙ multi auditis illis sibi inferebāt mortē. qua ꝓpter a rege Ptolomeo ꝓhibitus è illa amplius edocere. Refert adhuc Valeri⁹ ō studio ⁊ idustria. q̄ Cato censorinus tam eloquēs fuit ꝙ nūq̄ ab aliq̄ grauatus ꝓ aliū ꝛefendi uoluisset. Et ut Plin⁹ dicit i li. ꝛe uiris illustrib⁹ quadragesies quater accusatus ꝓ se solum cām dixit optimeq; fuit absolutus. Et ut Tulli⁹ in. i. qōnū tusculanaꝝ scribit fuit in eo tanta eloquētia quanta illis tpibus dici potuisset. De Tullio insup sic ait Lactan. li. z. di. īnsti. Tulli⁹ sūm⁹ pbs secte achademice pfect⁹ orator sua eloquētia corda uiuꝝ in manib⁹ suis habuit ut quicqd usq̄ eloquij ꝓ latinoꝝ rum alueos fluxit: ab hoc fonte ꝓgressū est. Quāta aūt uis dicendi fuerit in eo apte ponit Plutarchus uitā eius ꝛeferi tens. Dicit enī. cum Cicero ꝛenit Rhodum ad Apollonium Milonis clarissimū orator̄. ⁊ Possidonium pbm gloriosū. tradit Apollonū cū esset expers latine lingue rogasse Ciceronē ut grece aliquid ꝛe clararet. qō Cicero libens fecit. Ex illa ꝛe claratione omnes i stuporem ꝛersi nō poterāt saturari ꝛe laudibus Ciceronis. Sed ⁊ Apollonius ꝛenit in tantā admirationē ꝙ ꝛelut per extasim tractus non intelligebat. ⁊ per multā morā tacitus sedit. dixit tandem Te nēpe Cicero laudo ⁊ admiror. Bz me fortuna grecoꝝ misit ut uideā eruditionē ⁊ eloquētiā que sola bonoꝝ nobis relicta erat ꝓ te Romā accessisse Subdit ⁊ idem Plutarch⁹ ꝛe facūdia Ciceronis. q̄ dum oraret apud cesarē ꝓ Quinto ligario q̄ ex aduersarijs cesaris erat. tanta gr̄a admirabilis fuit ut cesar i plurimos colores ꝛultū ꝛerterit. manifestūq; fuit ꝙ animꝰ cesaris mutabat. Pharsalicā tū pugnam cum oratoꝝ attingeret cesar ꝛelut amēs coꝝ pore ac mente alienat⁹ est: quosdamq; e manibus suis fluxisse libellos dicūt. Quare cesar dulci oratione victꝰ eum crimīe liberauit. Ternū q̄ pōt hoies inducere ad aliquid credēdū uel opandum dicit ꝓ aliū bonoꝝ ꝓmissio. Sic Mauumeth ꝛemulsit aures oiuꝝ coꝝ q̄ ipsū colunt ⁊ uenerāt. Promisit eis diuitias. cōcessit lasciuias. ⁊ ad omnē uoluptatē libere laxauit habenas. Quid igit ꝛe aplis ꝓdicantib⁹ euangeliuꝫ tenendū est? An ipsi dialectici aut rhetorici uel forte ꝓ alia ꝓmittentes? Absit de illis eteni ait Aug⁹ li. zz. ꝛe ciui. ꝛei. c. 5. Ineruditos liberalib⁹ disciplinis ⁊ oio q̄tuꝫ ad eoꝝ doctrinas attinet impolitos nō ꝓtos grāmatica non armatos dialetica nō rhetorica inflatos piscatores ꝓs cum retib⁹ fidei ad mare buⁿ⁹ seculi pauciss̄imos misit atq; ita ut ex omni genere tā multos pisces ⁊ tanto mirabiliores quanto rariores etiā pbos cepit. Hō ille. Neq; insup tpale aliq̄d pollicebāt aplī ꝓdicādo: q̄nquiꝝ ⁊ ipsi aspnabanē tpalia cūcta sꝛernendaq; pro eterna īmortaliq; ꝛita clamabant. Fuerunt igit ipsi tute spūs sci supno munere ꝛei ad officiū ꝓdicatōis ꝛeputati. Tertia excellentia ꝙbi ꝛei ⁊ officij ꝓdicandi dicit miraculoꝝ coꝝuscatio. Cōcomitat quippe sepenumero ꝛerbū ꝛei claritas miraculoꝝ. nam ꝑm Tho. z. z. q. 178. ꝛe⁹ facit miracula maxime ꝓpter tria. ꝓ ꝓpter scitatis alicuius ꝛemōstrationē. z. ꝓpē

fidei approbationem. ¶ Secundo propter veritatis predicate confirmationē. ¶ Primo facit deus miracula ad ostendendā scitatē alicui⁹ quē, p merito vite vult ponē alijs in exemplū virtutis: sicut fecit de magno Antonio Macbario & alijs. ¶ Secundo facit deus miracula ut fidē approbet. vñ glo. sup illud ps. Et vet illis hereditatē gentiū. ait. Hec fuit intentio miraculorū ut crederēt gentes. ¶ Tertio facit deus miracula ad cōfirmandā veritatē predicatam. Et sic facta sunt miracula & signa predicātib⁹ apostolis apostolicisq; viris. Quisnā explicet quot signis claruit cōfessor dñi gloriosus scūs Antoni⁹ de ordine minor predicator egregi⁹? Referā ex multis qō in eius legēda magna cōtinet. Dū enī quadā die in ciuitate Bituricensi ppo predicaret. tā ingēs multitudo ad eū audiendū conuenit: qa null⁹ locus ciuitatis illā capere posset: vnde canonici ciuitatis, processionaliter ciuitatē exeuntes cū ppo ad quedā pratuz latissimū puenerunt. Dū aūt brūs Antonius predicare cepisset subito tēp⁹ surrexit & tēpestas valida adeo q; oēs timere cepērūt tā de pluuia futura q; de coruscationibus & tonitruis. & sic ceperunt fugere & velle abire. Qō cernens beat⁹ Antoni⁹ dixit eis. Ego, p parte dñi nr ihu xpi vobis dico. q; null⁹ vestr aliqd mali batebit. stetis firmi & nō timeatis Qui eius verbis fidentes immobiles ad audiendū predicationē ei⁹ steterūt. Et cū grando grossissima descēdisset sup trā: circa audientes nec grando nec pluuia descendit. cū tñ grando ex nimietate ad altitudinē magnā circ locū ambiisset. Quo viso miraculo cūcti gras deo dederunt. Et de miraculū sculptū est in lapide i frontispicio ecclie maioris bituricēsi. Quid dicā de scō Petro martyre? Quid de scō patre nro Frācisco? Quid de scō Dominico? Quid deniq; de scō Bernardino? Longū certe esset singillatim eor miracula p confirmatiōe euāgelij diuinitus facta enarrare. ¶ Quarta excellentia dini verbi & officij predicādi

oicit predicator defensio. Defendit eq̄dē illos deus q; nomē eius predicant marie a tribus. ¶ p ab emulis. ¶ Secundo a diabolis. ¶ Tertio a piculis. ¶ Primo defendit de⁹ predicatores ab emulis. Hā ut scribit. Z. q. 3. in. c. Quicūq;. Quicūq; christianerit doctorē veritatis. peccat in xpm. & pfem oiuz eracerbat deū: propter qō & vita carebit. Hic legit i vita beati Amādi epi q; cū predicaret. quidā ioculator irridebat eū q; arreptus a diabolo iniuriā factā scō ex verbis eius fatebat: & se discerpēs & lacerās vnguibus & dentib⁹ expirauit. Legit adhuc de btō Frāciscō q; dū predicaret in castro Citerne. quedā mulier supueniens cū cymbalo pulsabat & eius predicationē irridebat: & a sancto Francisco pmonita ut desisteret noluit obedire. Tandē scūs Franciscus dixit: Tolle tolle diabole qō tuus est. Et statī capta est mulier misera & i aerē leuata ac deinceps amplius nō visa. ¶ Secundo defendit de⁹ predicatores verbi sui a diabolis Legim⁹ enī de btō Antonio de padua q; ultima q̄dragesima ante obitum suū vacans predicationib⁹ & professionib⁹ audiendis in principio ipsius quadragesime a diabolo temptat⁹ & suffocari. Qui nomē virginis Marie deuote invocās & crucis signū fronti imprimens totam cellā luie diuino circūfulsam perspexit & diabol⁹ statī aufugit. ¶ Tertio defendit deus predicatores a piculis: sic patz i Paulo q; de seipso dicit in epla hodierna. q; fuit in piculis fluminuz. piculis latronum piculis ex gnē. piculis ex gentibus & cē. ¶ Quinta excellentia verbi dei & officij predicādi dicit ecclie sublimatio. Sublimat enī ecclia sca officiū predicandi tripliciter. p mulierū exceptiōe. ¶ Secundo p laicor prohibitione. ¶ Tertio p clator obligatiōe. ¶ p ecclia excipit mulieres ab officio predicādi. iux illud. i. Cor. 14. Mulieres i ecclia taceāt. Et. i. Thimoth. 2. Docē mulieri non permitto. Et de con. di. 4. c. mulier. Mulier q̄uis docta & scā viros in quentu docē uel baptiçare aliqs nō presumat. Ad idē facit. c. mulierē. 33. q. 5

Et.c.mulier.23.di. Ratio aũt q̃re mulieribꝫ interdicit accꝫ p̃dicãdi. ꝯm Tho. 2.2.q.177. pot esse triplex. Prima, ppt cõditionẽ sexus feminei cui ppter pcũ ꝙuenit subijci viro. Docere aũt publice nõ ptinet ad subditos: ꝫ magis ad plato. 2ª ratio ẽ ne ad hoiuꝫ allicianꝫ ad libidinẽ. qm̃ ut ait sapiẽs Ecc.9.c. Colloquiũ mulieris q̃si ignis exardescit. et speciẽ ei⁹ admirati reprobi facti sũt. 3ª ratio assignat q̃a ut coiter mulieres sũt insipiẽtes et nõ sunt in sapiẽtia pfecte ut eis posset ꝙuenienẽ publica doctrina cõmitti. Priuatim tm̃ pnt mulieres docẽ que scũt. 4ª ecclia magnificat officiũ p̃dicandi laicoꝝ. phibitẽ. q̃a. phibet laicis oib⁹ publice p̃dicare. Ita Greg. nonus archiep̃o mediolanensi ait illud qõ nõ extra de hære. c. sicut i vno. Cũ nõnulli laici p̃dicare p̃sumãt: et vrendũ existat ne vitia ꝑ sẽ ꝓtutũ occulte subintrẽt: Nos attendẽtes q̃ doctoꝝ ordo ẽ quasi p̃cipu⁹ i ecclia dei: mãdam⁹ quatenꝰ cũ alios dñs aplos dederit alios ꝓphas alios ꝙo doctores inrdicam⁹ laicis vniuersis cuiuscũq; ordinis cẽseãt officiũ p̃dicãdi. Ad h̃, ꝓpositũ diffuse loquit̃. c. cũ ex iuncto. extra. c. Rõ aũt assignat i glo. sup. d. c. Cũ ex iuncto. q̃a singula officia singulis relict cẽ ꝓmissa. sic etiaꝫ apte patet. 89. di. c. singula. Et nõ solũ de p̃dicatiõe ꝫ etiã de q̃busl̃bꝫ alijs negocijs ecclasticis se intromittẽ laici non debẽt sicut patet ex̃ de iudi. c. decernim⁹. et de reb⁹ eccle. nõ alie. c. Cum laicis. et de arbi. c. Cõtingit. et de cõsti. c. Eccl'a. 2. 96. di. c. Hũ q̃dẽ. 5º ecclia magnificat verbũ dei et sublimat illud platonũ obligatiõe. Obligat enim platos ut de p̃dicatiõe sollicitã curã habeãt. Vñ ex̃ de offi. iudi. ord. c. inter cetera. sic habetur Inter cetera q̃ ad salutẽ spectãt populi xp̃iani pabulũ verbi dei pmarie sibi noscit̃ necũ: q̃a sicut corp⁹ mãli: sic aia spũali cibo nutrit̃. eo q̃ nõ i solo pane viuit hõ: ꝫ in oi verbo qõ. procedit de ore dei Hũ cũ sepe ꝓtingat q̃ epi ꝓpter occupatiões multiplices uel infirmitates corporales aut hostiles incursus seu occasiões alias. ne dicam⁹ defectũ scie qõ in eis reprobandũ ẽ oio nec de cetero toleradũ. p seipsos nõ sufficiũt ministrare verbũ dei ppo marie p amplas dyoceses et diffusas: gnãli ꝓstitutiõe sancim⁹ ut epi viros idoneos ad scẽ p̃dicatõis officiũ salubrit exequẽdũ assumãt potẽtes in ope et sermone q̃ pletes sibi cõmissas vice ipsoꝝ cũ p se idẽ nequerint sollicite visitãtes eas verbo edificẽt et exẽplo q̃b⁹ ipsi indignerint cõgrue necessaria subministrẽt ne. p necessarioꝝ defectu ꝓtrahant desistẽ ab icepto. de cibi. In clemẽ. ꝙo. dudũ. de sepult. aplica auctoritate ꝓcedit̃ p̃dicatoꝝ et minoꝝ ut i coꝝ ecclesie locis et plateis oib⁹ ppo et clero libẽ valeãt p̃dicare ea tota dũtaxat exceptis quas ipsi ordinarij locoꝝ p se p̃dicarẽt aut cotã se facerẽt solẽniter p̃dicari nisi contrariũ ex coꝝ volũtate maneret. Arbitror aũt et ego dispõne spũs sancti actũ esse ut pfata licẽtia p̃dicãdi minoribꝫ et p̃dicatoribꝫ imptiret. qm̃ nisi ipsi ceteriq; medicãtes excolerent vineã dñi sabaoth: vtice de prees et spine iã iplerẽt illã: cũctaq; erroꝝ multiplicib⁹ et hereslb⁹ essent maculata. Vbi paupes frẽs de studijs litteraꝝ ut p̃dicationũ suaꝝ fulgore orbem illuminẽt.

Et q̃nq; sũt p̃ditiões necessarie i vnoquoq; qui vult bene fructuose et vtiliter p̃dicare verbũ dei. Caplm. 2.

Secundũ mysteriũ declarãdũ est de qualitate seu p̃ditiõe p̃dicãtis verbũ dei. Et notabim⁹ q̃nq; p̃cipuas p̃ditiões quas habẽ debet q̃ officiũ p̃dicatiõis exercet. ꝑma dicit scia. 2ª mũdicia. 3ª sapia. 4ª caritas. 5ª patiẽtia. Prima p̃ditio que i vnoquoq; p̃dicãte inueniri debet dicit̃ scietia. Vbi aduertẽdũ est ꝯm Alex. de ales i 3º volumie sũme q̃ triplex est doctrina. ꝑ simplicis exhortatõis. 2ª assũpte professiõis. 3ª p̃dicatiõis. Prima est doctrina simplicis exhortatiõis qua potest vnusq̃sq; fraterna ad monitiõe corrigẽ et docere proximũ suũ. et hec cois ẽ oniz

ꝺm quã oẽs ſcire tenenꝫ ſymbolũ: oꝛa-
tionẽ ꝺñicã: ꝓcepta ꝛecalogi: pctã ca-
pitalia: opa miſericoꝛdie: ⁊ eccl̃ie ſacꝛa.

Decũda ꝛoctrina ꝺicit aſſumpte ꝓ-
feſſionis. Et ꝺm hãc vnuſq; ſcire ve-
let ea que ptinent ad facultatẽ ſuã ad
minus cõpꝛtenter. Sic medici ſcire ve-
lent regulas medicine. ⁊ nõ inꝛiſte. Iu-
riſte ꝺo ſcire vel̃t ſnias legũ ⁊ nõ me-
dicine. ⁊ ſic ꝛe alijs. Tertia ꝛoctrina
ꝺicit ꝓꝺicationis. cuiꝰ miniſtri. i. ꝓꝺica-
toꝛes ſcire tenenꝫ nõ tñ credẽda: ſꝫ etiã
expoſitiões ꝓceptoꝛũ. ita ut ſaltẽ cõpꝛ-
tenẽ ꝛocti poſſint alios inſtruere ⁊ ꝛocẽ
ñ ex̃ ō ꝛeꝛet̃. c. ex inũcto. ꝺicit. Scia
valde neccia ẽ ſacerꝺotibꝰ ad ꝛoctrinã:
qa iuꝝ ꝺbũ, ꝓꝛeticũ labia ſacerꝺotꝫ cu-
ſtodiũt. i. cuſtoꝺire ꝛebẽt ſciam. ꝺm glo.
Que ꝺba etiã notãt. 43. ꝺi. Sit rectoꝛ.
et. 8. q. i. c. Oꝓtet. vbi ſic balꝛt. Oꝓ-
tet eũ q ꝛocet ⁊ inſtruit aias rudes eſſe
talẽ ut, p ingenio ꝺiſcentiũ ſemetipſum
poſſit aptare. ⁊ ꝺbi oꝛꝺinẽ, p audientiũ
capacitate ꝺirigẽ. Debet g̃ apꝛime eſſe
eruꝺitꝰ ⁊ ꝛoctꝰ. Et. 16. q. 1. c. Sic viue.
7. c. Si clericat⁹. ꝺicit. Multo tpe ꝺi-
ſce ⁊ poſtmoꝺum ꝛoceas. Et. 38. ꝺiſ. c.
Ignoꝛantia. Sacrũ ꝓciliũ inqt. Ignoꝛ
rantia maꝛ cũctoꝝ eꝛꝛoꝛũ maxime i ſa-
cerꝺotibꝰ vitanꝺa ẽ q ꝛocẽꝺi officiũ in
ꝓpꝛio ꝛei ſuſceꝛꝛũt. Sacerꝺotes eni ad-
moneꝫ legere ſanctas ſcripturas: ꝑau-
lo apl̃o ꝺicẽte ad Timotheũ. Attende
lectioni exhoꝛtationi ⁊ ꝛoctrine. Et ad
ꝛoc facit. c. Si i laicis. 7. c. Nulli ſacer-
ꝛotum. 7. c. Si iuxta. 7. c. Qui ea. ꝓfata
ꝺi. 38. Et. 39. ꝺi. c. Oꝛꝺinatos. ꝺf. Qui
minime litteris opam ꝛedit ꝓceptoꝛ ẽ
non poteſt litteraꝝ. Et Hiero. ad Nepo-
tianũ ita ſcꝛibit. Diuinas ſcripturas
ſepius lege. imo nunq̃ ꝛe manibꝰ tuis
ſacꝛa lectio ꝛeponat. Sermo ſacerꝺotꝫ
ſcripturaꝝ ſale conꝺitus ſit. Nolo te
ꝛeclamatoꝛẽ eſſe ⁊ fabulũ garꝛulũq;: ſꝫ
miniſteꝛij pitum ⁊ ſacramentoꝝ ꝛei tui
eruꝺitiſſimũ. Verba voluẽ ⁊ celeꝛitate
ꝺicendi apuꝺ impitũ vulgus admiꝛa-
tionem ſui facere unꝺoctoꝛum hominũ
eſt. Ex quibus omnibꝰ colligit̃ q; nullꝰ
pꝛedicare ꝛebet niſi ſit ꝛoctus: ita ut ſal-
tem in eo ſit mediocꝛis ſcientia: ⁊ ſinõ
multũ eminens: ut bꝛ extra. ꝛe elect̃. c.
Cũ nobis. Sꝛ ut Hiero. inqt ad Pau-
linũ. Quod mediocꝛũ eſt ꝓmittunt
medici. tractãt fabꝛilia fabꝛi. Sola ſcꝛi
pturaꝝ ars eſt quã ſibi omnes paſſim
vndicant. Scꝛibimus indocti ꝛoctiq;
poemata paſſim. Hanc gaꝛꝛula anus:
hanc ꝛelirus ſenex: hanc ſophiſta ꝓꝛo-
ſus: hanc vniuerſi ꝓeſumunt lacerant
ꝛocẽt anteq̃ diſcant. Alij adducto ſu-
peꝛcilio gꝛandia ꝛerba tꝛutinantes inꝰ
mulieꝛculas ꝛe ſacꝛis litteris philoſo-
phantur. Ꝛe ille. Sed nonnulli imꝑꝛi-
ti illiteꝛati ⁊ idiote ꝓeſumptionis ven-
to tumefacti ſcientiam damnãt: ſtudia
litteꝛaꝝ ſacꝛaꝝ vituꝑꝛant. Laudant ꝛere ignoꝛantiam ⁊ ꝛuſticitatem.
aſſeꝛũt enim xp̃m humilimos piſcato-
ꝛes ſcilicet apoſtolos ad pꝛedicandum
miſiſſe. Quod Paulus. i. Coꝛ. 2. c. ap-
pꝛobat ꝺicẽs. Que ſtulta ſũt mũꝺi ele-
git ꝺeus ut ꝓfundat ſapientes. Si igit̃
apoſtoli omino rudes ad pꝛedicatio-
nem euangelij ſunt electi. non videtur
ꝛationi conſonuꝫ ꝺicere ſcientiam foꝛe
pꝛedicãtibus neceſſariam. Talibus ſic
arguẽtibꝰ reſpõdet Hiero. ad Paulinũ.
Sacra quippe ruſticitas ſolũ ſibi pꝛo-
deſt. ⁊ quãtũ edificat ex vite merito ec-
cleſiã xp̃i: tantũ nocet ſi ꝛeſtruẽtibꝰ nõ
reſiſtat. Malachias ꝓpha. imo ꝑ Ma-
lachiã ꝺñs inꝛogat ſacerꝺotes legẽ. i.
tãtũ ſacerꝺotis officiũ ẽ inꝛogatũ rñ-
ꝛere ꝛe lege. Et i Deut. legim⁹. Inꝛo-
ga patꝛes tuũ ⁊ ãnũciabit tibi. ſcniores
tuos ⁊ ꝺicẽt tibi. In ꝑs q̃z. 118. Can-
tabiles mihi erãt iuſtificatiões tue i loco
pegrinationis mee. Et in ꝛeſcꝛiptione
viri iuſti cũ eum aꝛboꝛi vite Dauid que
eſt in paꝛaꝺiſo comaꝛet inꝫ ceꝛas ꝓ-
tes ꝛocẽtiã intulit. In lege ꝺñi voluntas eius. ⁊ in lege eius meꝺitabit ꝺie ac
nocte. Daniel in fine ſacꝛatiſſime viſio-
nis iuſtos ait fulgẽ quaſi ſtellas. ⁊ intelligentes. i. ꝛoctos quaſi firmamentũ.

Secunda ratio ¶ Capm.z. ostendēs grauitatē pene damnatorum dicit cōtrariationis. Fertur nanq; eorum voluntas ad vesverandum ea quorum contrariuz semper eueniet. Primum est beatitudinis participatio. Secundum peccati delectatio. Tertiuz sui annihilatio. ¶ Primum quod damnati appetunt est beatitudinis participatio. Ham fm Ric. in.4.dis.50.cū peccatuz ut Augustin⁹ dicit.19.de ciuita. dei.c.12. delere non possit extrema nature vestigia: in damnatis remanet aliqua naturalis cognitio 7 appetitus naturalis. Cum ergo primus motus naturalis appetitus sit respectu finis in generali. quia fm philosophū.7.ethicoz.c.12. Finis ē principiū in appetibilibus 7 agibilibus. sequitur q damnati naturaliter appetūt finem in generali. Sed vltimus finis est beatitudo. sequitur ergo q naturaliter appetunt beatitudinem in generali q̄uis appetitu debili 7 exili. Sz hic naturalis appetitus in his ex deliberatiua voluntate quo ad hoc peruertitur: quia bonū quod naturaliter appetūt sub circūstantijs malis appetunt. Nec est iste appetitus ad eorū completionē: fm magis ad afflictionē. Naturaliter eni appetere q̄ appetens videt se nō consequi posse magna ē afflictio appetētis. Scom aūt Tho.2.2.q.11. In damnatis nulla est spes beatitudinis consequēde: quoniā sicut de rōne beatitudinis est ut in ipsa quietet voluntas taliter q beati sciant certitudinaliter se nunq̄ beatitudinem amissuros. Ita de ratione damnatiōis est ut in ipsa molestet̄ volūtas sicut dānati certitudinaliter sciant se nūq̄ beatitudinem adepturos. ¶ Secundū quod damnati appetūt est peccati delectatio. Vellent enim se non peccasse: 7 illud est impossibile. Dicit dns Bona. dis.50. quarti li. q mala voluntas dicitur dupliciter. s. actus 7 habitus. Primo ergo seruilis damnatis nō aufert habitū male volūtatis: sed aufert actū. Iste enim non vult luxuriari quia timet puniri. de ipsa tamē voluntate habitum nō aufert: quia si separet̄ impunitas vellet utiq; luxuriari. Sic est intelligendū in dānatis. q voloz penalis aufert ab ipsoz voluntate actū volendi peccare: quia reuera dānati nō appetunt luxuriari nec dominari propter penas quas ex illis actibus sentiunt se incurrisse. Habent tamē habitum male voluntatis p quā appeterent peccare si nō crederent ex hoc puniri. Damnati q̄ vellent se non peccasse: non ppter hoc q peccatuz eis displiceat: qa iniustū: sed quia displicet eis pena iusta. Et iō malam habent voluntatem hoc volendo: 7 ideo adhuc viuit in eis voluntas peccādi: licet voloz penarū impediat ne exeat in actum suuz. ¶ Tertiū q̄ dānati appetunt est sui annihilatio. Et circa h̄ varie opinati sunt etiam magni doctores. An. s. dānati vellēt nō esse. Quidā nanq; dicunt q dānati nō possūt velle non esse: quia hoc nō est appetibile nec p accidens: nec p se. 7 allegāt Aug⁹. in libro de libero arbitrio. d. Si quis dixerit nō esse q̄ miserū esse me mallem: respondeo: mētiris. Insup 7 Arist. in.2. de anima.d. Omnia appetūt esse 7 illiꝰ causa agunt quicq̄d agunt fm naturā Et idem Aug⁹ libro de libero arbitrio. Cōsidera q̄tum bonū ē esse quod 7 bti 7 miseri volunt. Et idem.ti.li. de ci.dei. c.27. inqt. Ita ꝓo quadā vi naturali ipsum esse iocundū est: ut nō ob aliud 7 bi qui miseri sunt nolint interire. Et Paulo iferius ait. Quid animalia oīa 7 irrationabilia quib⁹ nō est data ista cogitare ab imensis draconibus vsq; ad exiguos vermiculos. nōne se esse velle atq; ob hoc interitū fugere omnibus quibus possunt motibus indicāt? Est adhuc in promptu ratio talis. q̄ electio presupponit electionem. Sed non esse nō est eligibile: qa omne eligibile bz apparentiaz boni. sed ipsum nō esse non habet apparentiam boni: quia qō apparet bonū apparet esse. ergo 7c. Alij aūt

doctores ut doctor subtilis. Ric. de media villa. 7 dñs Goñ. di. Si. q̃rti. dicũt q̃ damnati vellent nõ esse nõ voluntate naturali: quoniã id velle nõ possunt. qa esse in pena melius est q̃ nihil esse: cum in nihilitate nulla penitus sit bonitas. Et sicut dicit pbus. 2. de generatione In omnibus in quibus est esse: melꝰ est vesiderare naturã. loquendo de melioritate naturali. Nolunt ergo damnati se non esse voluntate veliberatiua: nõ p se: sed p accidẽs. inq̃tum. s. ad nõ esse sequit̃ carentia pene quã p se appetunt. Videnti enim ex suo esse q̃ nõ possũt consequi velectationẽ nec vtilitatẽ. nec p suum esse videnti posse acquirere aliq̃ bonũ: ideo non est mirũ si tali esse vellẽt carere ut malis que essendo patiuntur carerent. Nam non tm̃ bonũ est p se obiectum voluntatis: sed etiam carentia mali q̃uis non p̃mo. Qua ꝓpter dicit 5. etbi. c. 6. q̃ in boni ratione fit minus malũ ad maius malũ: quia minus malum magis ẽ eligibile maiori. Et rõne huius carentie mali nõ esse p esse apprehensũ potest esse dãnate voluntatis obiectum. Ex quibus colligimus hãc secundã opinionẽ sequẽtes: q̃ tanta pena dãnati vrank ut si possibile esset vellent non esse. Et hoc est quod Job. dixit Apq̃. 9. In diebus illis querẽt homines mortẽ: 7 nõ inuenient eam: vesiderabũt mori 7 fugiet mors ab eis. Et Aug. li. de miseria huius mundi dicit. O mors q̃ dulcis es quibus tam amara fuisti. Te solam vesiderant qui te vehementer oderũt. Et si queraꝰ cur deus damnatos esse nõ priuat 7 ad nihilum redigit respondet Tho. i. 2. q. 87. ar. 4. in solutione primi argumenti q̃ hoc est p tres causas. Prima est quia redigi i nihilũ cum qui peccat nõ conuenit diuine iustitie: qa repugnat ppetuitati pene que est scom diuinam iusticiam. Secunda est quia esse presupponit ad meritum 7 demeritũ. Tertia ratio ẽ qa p inordinationẽ pcti esse nõ tollitur ul corrũpitur 7 ideo priuatio esse non potest esse pena debita alicuius culpe. Dicit tamen metaphorice in nihilum redigi. scom illud ps. Ad nihilũ deductus est in cõspectu eius malignus. qa. s. spiritu alibꝰ bonis priuatur. Unde 7. i. Cor. 13. Si caritatem nõ habuero nihil sum.

Hec grauissima erit pena dãnatorum eo q̃ erũt desperati. nec suffragia ecclesie pñt eis ꝓdesse aut coicari. Cap'lm. 3.

Tertia ratio ostendẽs grauitatem pene damnatorũ dicit desperatio. Nam inter tot asperrima mala hoc eis vnum supadditum adauget ipsorum dolorem: quia videlicz desperati sunt scientes 7 expientes nullo ecclesie suffragio eorum penam posse mitigari. Nam si colligerẽt in vnũ cõs lachryme: omnes orationes: omnia ieiunia: omniaq̃ pietatis opa quorũcũq̃ iustorum qui in hoc mundo placuerũt deo. 7 offerrẽt pro vno damnato nihil ei prodessent. Et licz quidam canoniste dixerint q̃ suffragia ecclesie licz nõ prosint damnatis q̃tum ad liberationem a pena: prosunt q̃nuz ad aliquam mitigationem siue alleuationẽ. Contra eos est sententia theologorum. 4. d. di. q̃rti libri. dicẽtiũ q̃ suffragia ecclesie nullo modo ꝓsunt damnatis eo q̃ sint extra caritatem: 7 cum non sint ad vitam ordinati: nec possint beatitudine participare nõ sunt ex caritate diligendi. Caritas autem est que facit suffragium acceptabile: ob quod suffragia ipsis nihil prosũt. Hec Ric. Ideo dicit 13. q. 2. c. pro obeuntibus. Pro obeuntibus quippe consuluisse cognoscaris: si liceat pro eis oblationes offerri. Sancta sic tenet ecclesia ut q̃lcz ꝑ mortuis vere catholicis offerat oblationes atq̃ presbyter memoriam eorum faciat. Et q̃uis omnes peccatis subiacean?: cõgruit ut sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat 7 intercedat: non tamẽ pro impijs q̃uis christiani fuerint tale quid agere licebit, hec ibi. Et idẽ ponit̃ in. c. Cuz arce. de cele. mis.

Sed ꝓtra hāc opinionē inducunt aliq̄ exemplū Traiani .ꝛe quo legit̄ in vita bti Greḡ.q̄ cū quodā die ipse festinaret ad bellū : vidua quedā occurrit ei. d Obsecro ut sanguinē filij mei inocēter ꝓempti vidicare dignet̄. Cūq̄ Traianus si san⁹ reuerteret̄ dixisset se vindicare : vidua dixit. Et q̄s mihi b̄ ꝓstabit si tu in prelio moꝛtuus fueris? Traianus rñdit. Ille qui p⁹ me impabit. Cui vidua. Et quid tibi p⁹oderit si alter in iusti iam fecerit? Traianus dixit. vtiq̄ nihil. Et vidua. Nonne inq̄t melius est ut tu mihi iustitiā facias q̄ alteri hanc trāsmittas? Tunc Traianus pie com⁹mot⁹ ꝛe equo ꝛescēdit: & vidue iustitiaz ministrauit. Ferē nāq̄ q̄ dñi fili⁹ Traiani p vrbem equitando nimis lasciue discurreret filiū vidue interemit. & Traianus filiū suū qui hoc fecerat vidue loco filij sui ꝛefuncti tradidit: & magnifice ipsam ꝛotauit. Dum igit̄ quadā vice ꝛefuncto Traiano Greḡ.p fozū Traiani trāsiret: & ei⁹ māsuetudinis recoꝛdatus fuisset: ad sci Petri basilicam p⁹uenit: & ibidē ꝓ eius erroꝛe amarissime fleuit. Tunc sibi diuinit⁹ rñsū est. Ecce ꝓtitionem tuā cōpleui & Traiano pnam eternā ꝓpci. De ceꝛo autē caue ne ꝓ dānato aliquo preces fūdas. Damascenus aūt in quodā suo sermone dicit q̄ Greḡ.audiuit voce cū diuinit⁹ alloquentē. Vocem tuā audiui & Traiano venia d⁹. Patet ergo ex hoc exemplo q̄ oꝛo Greḡ.pfuit Traiano dānato. Sz sup b̄ diuersi diuīsa sūt opinati. Aliqui enī dixerūt q̄ Traianus fuit reuocat⁹ ad vitā vbi gram ꝓsecutus ē: & veniam meruit: & sic gloriā obtinuit. Alij autē dixerūt q̄ aia Traiani nō fuit simpliciter a reatu pene eterne absoluta: & ei⁹ pena vsq̄ ad tēp⁹. s. vsq̄ ad die iudicij fuit suspēsa. Alij āt inq̄unt sicē Jobes diaconus q̄ vitā beati Greḡ. ꝛescripsit q̄ nō legit̄ oꝛasse: & fleuisse. & frequenter deus misereꝛ ꝓcedit q̄n̄ bō q̄uis ꝛesiderans petere nō ꝓsumit. Jō aia Traiani nō fuit ab inferno liberata & in paradiso repsita: & tm̄ ab inferni cruciatibus facta exempta. Pōt enī aia & in inferno existere: & inferni cruciat⁹ p rei mīam nō sentire. Alioꝛ tm̄ opinio cōmunioꝛ est & verioꝛ. q̄ Traianus & a pena liberatus: & ad gloriaz sit assumpt⁹ oꝛone bti Greḡ. Q̄ nō est factū ꝑm cēm legem: & ꝑm dispēsationē diuine sapiētie q̄ preuidens Greḡ.oꝛaturū ꝓ Traiano nō dānauit ipsū p dissimiliū sniaz. Et iō nō est dicēduz ex illo exēplo vno & singulari : q̄ dānatis p dissimiliū sniaz ecclie suffragia ꝓsint. cū nec i minimo possint fauere. Quinimo audiēdum est salubꝛe ꝛecumētū & obseruandum sapientis Eccliastes. 9. Q̄cūq̄ inq̄t pōt man⁹ tua facere: instant̄ opare q̄a nec opus nec rō nec scia nec sapientia erūt apud inferos quo tu ꝓperas. O igit̄ volenda dānatoꝛū pena q̄ mitigari & adiuuari nullo mō poterit: nō ꝓpꝛijs viribus: nō lachrymis: nō diuitijs: nō amicoꝛū suffragijs: nō amicoꝛū potētia nō veniq̄ aliqua oiuz creaturaꝝ industria. O timenda vindicta dei ad cui⁹ conspectū velut cera ante faciem ignis petōꝛes eliquescēt. O petōꝛes inebriati dulcedine bonoꝛ bui⁹ seculi. fugite irā dei & nolite pugnare cuz oipotenti deo: qui dānatis ut dictū est tam tremenda cōminat mala : a quib⁹ nos ipse p suā clemētiā liberet: cui ē bonoꝛ & ois laus & glia ꝓ infinita seculoꝛ secula. Amē.

Sabbo p⁹ dñicā i sexagesima. ꝛe gūitate pene dānatoꝝ ad ꝛoꝛē ꝛeꝛrigibilē & obstinatoꝝ. Sermo. 14.

QRuciabū tur die ac nocte i secula seculoꝝ. Apoc. 20.c. Cum mēte reuoluo quāte erūt in inferno anguste repꝛobꝛū : admirari plurimū cogoꝛ cur tā diu petōꝛes dissimulāt agere pniam Et certe si ꝛe bis malis ꝛe q̄bus loq̄mur: aut nunq̄ : aut pōst longissim̄ a spacia

tempoꝝ traxerẽt aliqualẽ de sua ipsoꝝ tẽtia excusationẽ haberẽt. Sed cũ tam exiguũ vel ocissimũq; sit bi⁹ labilis vite temp⁹: p⁹ qõ mali incorrigibiles vescendunt ad tartara. nescio quid ipsi dicere possint. Reprehẽsibiles quidẽ sũt: 7 pro sua tarditate merito redarguẽdi. Et ly in p̃cedentib⁹ explicauerim⁹ multa que duras mẽtes vomare sufficiũt: tñ adhuc de grauitate pene dãnatoꝝ nõnulla occurrũt cõsiderãda: quoꝝ cõsideratione diligẽti molliant ptinaces mẽtes obstinatoꝝ pctoꝝ. Dicem⁹ g̃ q; grauissima ẽ 7 satis acerba pena damnatoꝝ adhuc triplici ratione.

Prima dicit cõbustio.

Secũda dicit supatio.

Tertia dicit p̃uatio.

Qualiter dãnati patiũt acerbissimã pnã ,ppter ignẽ inferni. 7 de illi⁹ ignis terribilissmis pditiõib⁹ Capl'm. j.

Prima rõ q̃ oñdit gũtas pene dãnatoꝝ di. it pbustio. Tradit nãq; dãnati misere cinis ignibus pburẽdi. Et hoc colligit ex scriptur sacris. Nã Job. 20. dicitur. Deuorabit eos ignis qui nõ succẽdet. Et Judith vlt. c. Habit ignem 7 vermes in carnes eorum. Et Habacuc. 3. c. Laborabunt populi in multo igne. Et Isa. vltimo. c. Vermis eoꝝ nõ morietur. 7 ignis eoꝝ nõ extinguet. Et Dauid i ps. 10. Pluet sup pctõres laqueos ignis. Et Ezech. 22. In igne ire mee pssumpsi eos. Et Apoc. 18. In vna die vẽiẽt plage eius: mors 7 luctus: 7 fames: 7 igni cõburetur. Et Apoc. 20. Qui nõ est inuent⁹ i libro vite scriptus: missus est in stagnũ ignis. Et Matth. 13. Exibunt angeli 7 sepabunt malos de medio iustoꝝ: 7 mittent eos i caminũ ignis. Et Matth. 7. Omis arbor que non facit fructũ bonũ excidet: 7 in ignẽ mittet. Et Matth. 18. Bonũ ẽ tibi cũ vno oculo in vitam intrare q̃ duos oculos habẽtẽ mitti in gehennã ignis. Et Matth. 10. Eũ timete q̃ habet ptãtẽ corpus 7 aiam perdere in gehennã. Et Matth. 25. Ite maledicti i ignẽ eternũ.

Clerũtñ de hoc igne dubitat circa tria. 1° p̃ circa veritatem 2° circa ptãtẽ 3° circa qualitatẽ. 1° primo ptingit dubitare de iferni igne circa veritatẽ. An. s. sit ignis verus habens formã 7 naturã 7 speciẽ ignis. Et respondet Ric. in 4. sentẽtiaꝝ q; quoꝝdã opinio fuit q; ille ignis non est corporeus sed est quedam spũalis pena: que ,ppter suũ acumẽ metaphorice dicit ignis: qa ut ipsi dicunt Cum dina potẽtia reprobos possit cruciare sufficienter spũali pena: superfluũ fuisset in inferno ponere corporeũ ignẽ Et ad hoc adducũt illud Aug. 10. de vi. uite q̃ dicebat linguã suã cruciari i hac flãma. Cũ enĩ constet aiam illi⁹ diuitis linguã corporalẽ non habuisse videt q; sicut scriptura ibi de lingua loquit metaphorice aliq̃d spũale vocans linguã: ita aliquam pnam spũalẽ metaphorice vocet ignẽ. Sed opinio ista falsa est 7 pra scripturã que distinguit inter ignẽ 7 dãnatoꝝ pnã spũalẽ: que vocat noie vermis. Unde Eccl. 7. Vindicta carnis impĩ ignis 7 vermis. Jõ coiter doctores cõs pcludũt. 44. di. q̃rti. q; i iferno est ignis corporeus a pncipio mũdi cũ aliis creaturis product⁹ 7 ordinatus ad reprobos cruciandũ. Et hoc asserit Aug⁹ in li. de mirabilib⁹ sacre scripture Et idem i li. 21. de ci. dei. c. 10. ait. Hebẽna illa qõ 7 stagnum ignis 7 sulpburis dicit corporeus ignis erit. Cui psonat illud Greg. i 4. dial'. li. d. Ignẽ gehẽne corporeũ esse non ambigo. Et p̃m tho logos. ignis ille q̃tus ad illud quod in eo est de essentia ignis ẽ eiusdem speciei cũ igne elemẽtali: qa sicut ois aqua oi aque est eadẽ spẽ p̃m pbm p̃ tho. ita ois ignis omni igni est idẽ spẽ. Diuersificat tñ quo ad dispositionẽ 7 opationẽ: quia sibi cõtrit aliqua actio q̃ igni elementali nõ cõuenit. Nam ignis i aliena mã multũ diuersificat in opationib⁹ suis: p̃m exigẽtiã dispositionis materie. Qõ apte patet in fulgure: vbi ignis respectũ habet ad diuersas mãs: p̃m diuersitatẽ celestis influentie in materia icorpate.

Unde aliquādo nō ledit mām mollem
z dissoluit durā. z ecōuerso. qnq; cale-
facit z nō comburit: z econuerso. Aliq
tñ opinātē q; i inferno sit ignis in mā. p
pria: q; uis ibi nō luceat nisi ad modicū
z satis impfecte. Patet q; q; i iferno ver⁹
est ignis ad malo:ū cruciatū dispositꝰ z
reputat⁹. Quz ꝓtinget dubitare de igne
inferni circa potestatem. Utruz. s. possit
ico:poreos angelos z spūtus sepatos
cruciare. Et ad istam questionez mul'ti
multipliciter respondert. Nam quidā
dixerūt spūs sepatos igne non affligi
nisi p priuationez boni desiderati. Ex q
priuatione tanq; quodā malo presenti
in eis vehemens tristicia generatur. Et
hec fuit opinio Algazelis. 6. li. phicoꝝ
Sed cōtra hāc sūt dicta scōzuz. d. spūs
incoꝛporeos posse pna coꝛpalis ignis
affligi: sicut apte. d. Greg. in. 4. li. dial.
Et Aug⁹. zi. li. de ciui. dei. c. r. Jō alij
dicūt spiritꝰ sepatos cruciari igne coꝛ-
poreo inq;tū videt ipsum preparatum
ad hoc ut eo crucient in coꝛporib⁹ suis
sicut latro suspendendus patibulo ipsū
videndo cruciat anteq; suspēdat in eo.
Et hec opinio nō fufficit: qa nullo mō
potest ad angelos malos applicari: q
tamē illo igne in perpetuū cruciabunt.
Quidā autē alij dicunt q; cruciabūtur
igne coꝛporeo inq;tum eoꝝ intellectui
imprimetur superexcellens illius ignis
similitudo. Sed hec dictū deficit: quia
fm phm. 3. de anima. Nō sic excellentia
intelligibilis ledit intellectum sicut ex-
cellentia sensibilis ledit sensum: quia pꝰ
excellens sensibile sensus impedit⁹ in
sentiendo: sed intellectus post excellens
intelligibile non minus intelligit infi-
ma sed magis: quia sensus appꝛehendit
p organū coꝛporeū. intellectus autē nō
Nōnulli insup tenent q; spiritus sepati
igne coꝛporeo crucient: nō inq;tū ipsū
appꝛehendunt appꝛehensione simplici:
sed cum firma estimatione q; est ꝛius
sue nature: q; uis estimatio falsa sit. Cū
Auic. 9. metb. loquens de dispositione
animarū a coꝛporibus separataꝝ dicit
sic. Anime male videt pnā quā imagi-
nauerant in hoc mundo z affligunt in
ea. Forma enī imaginata nō ē vebilioꝛ
sensibili: sed est maioꝛ impressiōe z cla-
ritate: sicut videm⁹ in somnijs. Fortasse
enī somniatū maius est. p modulo suo
q; sensibile. tūc quāto magis illud qō ē
in alio seculo est fortiꝰ q; quod ē i som-
nijs ꝓpter paucitatē impediētiū z erꝛ-
ditionē aie z claritatē recipiētis. Hz h
opinio incōueniēs videt: qa fm h spūs
nō paterent ab igne coꝛporeo: sed a sua
falsa estimatione. Preterea nō videtur
ꝓbabile q; hemones qui subtilitate in-
genij vigent: illum ignem estimarēt sue
nature ꝓtrariū z lesiuū nisi ita esset in
re. Alij adhuc dicūt q; spiritus patiūt
ab igne coꝛporeo nō p virtutem illius
ignis absolute: sed inq;tū est instrumē-
tum diuine iusticie. Videmus enīz res
multas habere actiones in virtute pn-
cipalis agentis que eis non cōpeterent
absolute. Verbi gra. calor naturalis in
virtute aie quertit nutrimentū i carnē.
Lumē solare a luna receptū z cū ꝑtute
lune ab eo veriuatū in virtute lune ge-
nerat humiditatē. z fantasma i virtute
luminis intellectus agētis mouet intel-
lectum possibilē. Coꝛpa celestia cū in-
animata sint. tñ i virtute intelligētiarū
motricū generāt in his inferioꝛib⁹ vitā
ut pz i gnātis p putrefactionē. Secuꝝ
in ꝑtute motoꝛis scindit arboꝛem. Le-
nendo q; q; ignis affligat spūs inq;tuz
ē instrm diue iusticie. adhuc pquirēdū
est magis in spāli. p quē modum dicūt
aliq; q; supnāliter impꝛessa est igni in-
fernali quedā spālis ꝑtus: p quā spūs
affligit naturali ꝑtute ignis ad hoc nō
coopante nec disponēte: qa ut dicunt
nō est possibile ut aliqua ꝑtus naturaꝰ
cooperet in supnāli actiē. cum p se ad eā
nullo mō nec cōplete nec incōplete pos-
sit attingere. Pꝛo tāto q; ille ignis affli-
gere dr spūs: qa supnālis virtꝰ existēs
i eo sicut in subiecto illos affligit: sicut
aliq; sba supnāliter dealbata posset dici
visū disgregare. Sed hec opinio i trib⁹

ueſicit. Cnũ eſt q ſm eã ignis nõ affligit illos ſpũs ut inſtrm: ꝙa oportet q i inſtro ſit aliq̃ nãlis aptitudo ad illam actionẽ ad quã applicaf a virtute motoꝛis: ut ꝓz in ſecuri reſpcũ actus ſcindendi: ꝛ i malleo reſpcũ actus ꝓterẽdi. Aliud eſt ꝙa nõ videf ꝓbabile virtutez ſpũalẽ eẽ immediate in re coꝛpali ſicut in ſubiecto: ita ut ſit ibi manẽs ꝛ nõ infieri: ſicut ponit opinio ꝑdicta. Tertiũ eſt q videmus nãle lumen rõnis ꝑ qõ ſolũ intellectus nullo mõ põt attingere ad viſionẽ dei. coopari cũ lumie glozie ad illã viſionẽ. Verũtm ꝙa i actiõe ſup nãli que a deo nõ ẽ mediate finita ꝑ virtute: ſed tm̃imõ imediate: ut creare: nõ põt coopari virtus ſupnãlis. Idcirco dicit Ric. q ignis ifernalis nõ obſtãte q ſit coꝛpoꝛeus: ſpũs ſeꝑatos affligit inq̃ntũ eſt dine iuſticie inſtrm: eos affligit afflictione ad quã diſponit nãlis virtus illi⁹ ignis: nec tm̃ qualẽcũq; afflictionẽ põt cauſare i illis ſpiritib⁹: niſi i ꝟtute ĩcreate iuſticie ꝓncipaliẽ illos ſpũs punientq; mouẽtis ꝛ dirigẽtis illũ ignẽ ad illoꝛũ ſpirituũ cruciatũ. In illo eni igne ẽ nãl aptitudo ut ei⁹ ſp̃es recipiaf i intellectu ſpũs ſepati. ß q p talẽ modũ i illo itellectu imꝓmaf ꝛ velꝛmẽtia taf q ita ad ſe reuocat ſeu conuertit intẽtionẽ ipſi⁹ ſpũs q p ß ita nõbiliẽ imꝓdiaf in illaꝫ rerũ ꝓſideratiõẽ ꝺ ſuã voluntatẽ ꝛ q tale impedimẽtũ ſit ſibi ꝑ graui onere: hoc ẽ ꝑ ꝟtutẽ iuſticie indite. In illo etiã igne ẽ nãlis aptitudo ut i ipſo ſit ſpũs ſepat⁹ ſicut in loco diffinitiue. Sed q ſpm̃ ſeparatũ vetineat ꝺ ſuã voluntatẽ ß ei cõuenit i ꝟtute iuſticie indite. Illa autem inuolũtaria vetẽtio eſt ipſi repꝛobo ſpiritui inexplicabilis cruciat⁹. q̃uis etiã ille ignis ſua virtute nãli tm̃ nõ poſſet i ſpũ ſepato cauſare diſpoſitiõẽ repugnãtem illi diſpoſitioni que cõuenit eẽ ſpũs ſm vebitũ ſtatũ ſue nãe: tamẽ i ei⁹ cauſatione cooꝑatur ꝟtute indite iuſticie inq̃ntũ eſt inſtrm eius. Ex appꝛehenſiõe aũt ꝑdicte diſpoſitiõis que ꝺria eſt bono ſtatui nãe: generaf in ipſo repꝛobo ſpũ cruciatus exꝑimentalis. Vñ Gꝛeg. 4. dial. d. q aia nõ ſolũ videdo: ſed etiam exꝑiẽdo incẽdiũ patif. Per pctm̃ aũt in ſpũ eſt diſpoſitio ut igni ifernali mõ ꝑdicto in patiendo ſubdaf. Et ſic ꝓz q deo volẽte ꝓterit ignis affligẽ ſpiritus ſepatos. Vꝛ. ꝓtingit dubitare de igne ifernj circa q̃litatez ſeu ꝓꝑtuitatẽ. Vñ ſ. erit q p⁹ gnãlẽ reſurrectionẽ coꝛpoꝛa dãnatoꝛ i illo igne ꝓꝑtuo patiẽf ꝛ nec ignis veficiet: nec coꝛpa illa cõſumenf. Et licꝛ poſſint multa dici: tm̃ ꝓncipalis rõ eſt ordo dine iuſticie. Vt eni inquit Ric. ille ordo exigit illa coꝛpa in etnis ſupplicijs foꝛe ꝓmãſura. ꝛ iõ aſſiſtente influẽtia dei generali: ad ß ut ignis ille infernalis illa coꝛpa foꝛtiẽ calefaciat ꝛ affligat. nõ adeſt tm̃ ad ß ut conſumat. Sicut aũt creatura nõ põt manẽ in eſſe ſuo: niſi in ſuppoſita influẽtia dei gnãli ſm q. d. Aug. 4. ſup Geñ. ad lrã. Et cõmẽtatoꝛ ſup ꝓma ꝓpoſitiõẽ de cauſis. ſic dico q actiõez ſuã bñe nõ põt: niſi illa influẽtia gñali aſſiſtẽte: ſicut patuit in paſſiõe dñi xꝑi qñ fuerũt tenebꝛe ſuper vniũſam terrã: nõ ſup trã iudeoꝛuz tm̃ ut aliq̃ ſenſerũt ꝛ male. Eclipſis aũt ſol' q̃ ad vniũſũ oꝛtẽ nõ potuiſſet eẽ ꝑ ſolaz interpoſitionẽ lune. vñ cũ interpoſitione lune fuit alia cã. ſ. ꝙa influentia gñalis cãe ꝓme tũc nõ affuit ſoli ad irradiãdũ Et ſicut hec influẽtia adeſſe põt ad hoc ut res ſit ꝛ nõ opef. ita aliq̃n adeſt ad ß ut creatura habꝛat vnã ſui actiõez: ꝛ nõ aliã. Et hec ẽ ꝓncipalis rõ quare ignis infernalis calefaciet dãnatoꝛ coꝛpoꝛa ꝛ affligat nec tm̃ conſumet. hec Ric. Aug⁹ ꝺo. ꝛi. li. ꝺ ciui. dei. omnes huiuſmodi opatiões ignis infernalis attribuit voluntati ꝛ potẽtie dei a quo ſũt de nihilo in eſſe cũcta. ꝓducta: diuerſiſq; nature ſue. ꝓꝛietatib⁹ ꝛ legib⁹ regulata. Vñ. c. z. ciuſdẽ li. ait. Oſtendã vnde quincãf increduli poſſe bñana coꝛpa aiata atq; viuẽtia nõ ſolũ nũq̃ morte diſſolui: ß i eẽnoꝛ q̃z ignũ durare tormẽtis. Nolũt. n. ß ad oipotẽtẽ nos referre potẽtiã ß aliq̃ exemplo ꝑſuaderi ſibi flagitant.

Quibus si rñdebimus esse aialia .pfecto corruptibilia q̃a mortalia : que tñ i mediis ignibus viuant. nõnullũ etiam genus vermiũ in calidarũ aquarũ scaturigine repiri : q̃rũ feruorẽ nemo impune ꝓtractat. Illos aũt nõ solum sine vlla sui lesione ibi esse : ꝫ exẽ eẽ nõ posse Aut nolũt credere si ostẽdere nõ valem⁹: aut si valuerim⁹ siue oculis vemõstrare res ipsas: siue per testes idoneos edocere : non satis esse ad hoc exemplũ rei de qua questio est: eadez infidelitate ꝓtendent. Quia hec aialia nec semp viuunt : ꝫ i illis feruoribus sine dolorib⁹ vinũt. suc quippe nature quamentibus vegetanẽ illis: nõ cruciane elemẽtis. q̃si nõ incredibilius sit vegetari q̃ cruciari talib⁹ rebus. Mirabile est eni dolere in ignibus ꝫ tamẽ viuẽ : ꝫ mirabilius i ignib⁹ nõ dolere. Si aũt ꝫ credũt: cur nõ ꝫ illud ? Et .4. c. dicti li. adẽ ait. Quid adhuc a nobis rerũ poscũt exẽpla quibus doceamus nõ eẽ incredibile ut hominuz corpa sempitno supplicio puni torũ ꝫ in igne aiam nõ amittant. ꝫ sine detrimẽto ardeãt : ꝫ sine intũtu doleãt? Valebit eni tũc ista corpis ꝑa q̃litatez ab illo inditã: qui tam miras ꝫ varias tot rebus indidit quas videm⁹: ut eas quia multe sũt nõ miremur. Nam sicut scripserunt q̃ naturas aialiũ curiosius indagarũt. Salamãdra in ignib⁹ viunt Et quidẽ notissim sicilie mõtes q̃ tãta tpis diuturnitate ac vetustate vsq; nũc ac veneeps flãmis estuãt : atq; integri pseverãt : sat; idonei testes sũt nõ omne quod ardet absumi ꝫ oio indicãt: non eẽ q̃ dolere põt posse etiaz mori. Quis eni nisi de⁹ creator oiuz vedit carni pauonis mortui ne putresceret? Q̃ cum auditu incredibile vidẽt: euenit ut apud cartbaginem cocta nobis apponeretur ꝫ auis. de cui⁹ pectore pulparũ quantũ visum est decerptũ seruari iussim⁹. Q̃ p⁹ dierũ tantũ spaciũ quantũ alia caro quecũq; cocta putresceret perlatũ atq; oblatũ nibil nostruz offendit olfatum. Itẽq; reposituz p⁹ dies amplius q̃ triginta. idem quod erat inuẽtũ ẽ. idemq; post ãnũ : nisi q̃ aliquãtulũ corpulentie siccioris ꝫ contractioris fuit. Quis palee dedit uel tam frigidã vim ut obrutas niues seruet : uel tam feruidã ut poma imatura maturet ? De ipso igne mira quis explicet ? quo quecq; adusta nigrescũt cũ ipse sit lucidus. ꝫ pene oia q̃ ambit ꝫ lambit colore pulcherrimo decolorat atq; ex pruna fulgida carbonem deterrimũ reddit. Necq; id quasi regularie diffinitũ est. Nam ecõtrario lapides igne candente decocti ꝫ ipsi fiunt cãdidi. ꝫ q̃nis magis ille rubeat illi albescant. congruit tamẽ luci q̃ albũ est: sicut nigrũ tenebris. Cũ itaq; ignis in lignis ardeat ut lapides coquat. Ꝟios habet nõ in cõtrarijs rebus effect⁹. etsi eni lapides ꝫ ligna diuersa sint. ꝓtraria tñ nõ sunt sicut albũ ꝫ nigrũ : q̃rũ vnũ in lapidibus alterũ facit in lignis clar⁹ illos clarificans ꝫ obfuscãs : cũ i illis deficeret nisi in istis viuẽt? Quid i carbonibus ? Nõne miranda est ꝫ tãta infirmitas ut ictu leuissimo frangãt ꝑsu facillimo cõteranẽ. ꝫ tanta firmitas ut nullo humore corrumpãẽ nulla etate vincãt: vsq; adeo ut eos sisternẽ soleãt qui limites figũt. ad puincendũ litigatorẽ : quisq; p⁹ tpa quãtalibet exiterit fixũq; lapidẽ limitẽ nõ esse cõtenderit ? Quis eos i terra humida infossos vbi ligna putrescerẽt tãdiu durare incorrupbiliter posse : nisi rerũ ille corruptor ignis efficit ? Intueamũ etiã miraculũ calcis: excepto eo ō quo iam satis diximus : q̃ igne candescat quo alia tetra reddunẽ. etiã occultissime ab igne ignẽ cõcipit : eumq; tam gleba tangentibus frigida tam latẽ seruat ut nulli nostro sensui prorsus appareat: ꝫ cõperẽ experimento etiã dum non apparet sciatur esse sopitus. ꝓpter q̃ eam viuã calcẽ loquuntur: velut ipse ignis latens: anima sit inuisibilis corpis. Jam ꝛo q̃ miruz est q̃ cũ extinguit̃ tunc accenditur. Et eni occulto igne careat aqua infundit̃ : aq̃ue pfundit̃. ꝫ cũ ante sit frigida. inde

feruescit vnde feruētia cūcta frigescūt. velut expirante ḡ illa gleba discedens ignis q̄ latebat apparet: ac vnde tāq̄ mortua sic frigida est ut adiecta vnda non sit arsura. ⁊ quā calcē vocabamus viuā vocemus extinctā. Quid est quod huic miraculo addi posse videat? ⁊ tū addis. Nā si nō adbiberes aquā ꝑ oleū quod magis fomes est ignis: nulla ei⁹ ꝓfusione uel infusione feruescit. Hoc miraculū si de aliquo indico lapide legeremus siue audiremus ⁊ in nr̄m exꝑimentū venire nō posset: ꝓfecto aut mendaciū putarem⁹: aut certe grandiē miraremur. Quaꝓ ꝑo rerū añ nostros oculos quottidiana vacuēta versanē non genere minus mirabili: ꝑ ipsa assiduitate vilescūt: ita ut ex ipsa india que remota ē pars orbis a nobis diserim⁹ nōnulla mirari: que ad nos potuerunt mirāda pduci. Adamantē lapidē mlti apud nos habent: ⁊ maxime aurifices ilignitores gēmarū. qui lapis nec ferro nec igne nec alia vi vlla ꝓbibē ꝓeter hircino sanguine vinci. Sz qui eū bñt atq̄ nouerūt nunq̄d ita miranē: sicut bi quibus ꝓmū ostendiē potentia eius? Quibus autē nō ondiē forsitasse nec credunt: aut si credūt inexꝓta miranē. ⁊ si ꝓtigerit expiri adhuc q̄dē miranē insolita. Sz assiduitas expiendi paulatim subtrahit admirationis incitamentum. Magnetē lapidē nonumus mirabilez ferri esse raptorē: q̄ cū ꝓmū vidi velexmenter inhorrui. Quippe cernebā a lapide ferreū annulū raptū atq̄ suspensū deinde tāq̄ ferro q̄ rapuerat vim tradisset suā coēmq̄ fecisset: idēq̄ annul⁹ admot⁹ ē alēi cūdēq̄ suspēdit atq̄ ut ille ꝓr lapidi sic alē annul⁹ ꝓri annulo cohrebat. accessit eodēq̄ mō terti⁹. accessit ⁊ qrt⁹: tāq̄ sibi ꝑ mutua circul⁹ nexis nō implicatorū intrinsec⁹: ꝑ extrinsecus adhrētiū q̄ cathena ꝓpēderat ānuloꝝ Quis istā vim lapidis nō stupret q̄ illi nō solum inerat. verū etiā ꝑ tot suspensa trāsibat ⁊ inuisibilib⁹ ea vinculis subligabat? Sz multo ē mirabil⁹ q̄ a frē ⁊ coēpo meo Severo Mileuitano de isto lapide cōperi. De ipsi nāq̄ vidisse narrauit: quē admoduz Bathanarius ḡndā comes africe cū apud eū cōuiuaret eꝑs cundē ꝓtulerit lapidē: ⁊ tenuerit sb argēto: ferrūq̄ sup argētū posuerit. vnde sicut subē mouebat manuz q̄ lapidem tenebat ita ferrū de sup mouebat. atq̄ argēto medio nibilq̄ patiente cōcitatissimo cursu ⁊ recursu infra lapis ab hoie sup ferrū rapiebat a lapide. Dixi q̄ ⁊ ipse ꝓspexi. dixi q̄ ab illo audiui: cui tanq̄ ipse videri credidi. Quid etiā de isto magnete legerim dicā. Qñ iuxta eū ponit adamas nō rapit ferrū. ⁊ si quādo rapuerit: ut ei ꝓpinquauerit mox remittit. India mittit nos lapides ꝑ si eos iam cognitos nos desistim⁹ admirari: quāto magis illi a qb⁹ veniūt? Et c. S. idē ait. Agrigentinū sicilie sale ꝓbibet cum fuerit admot⁹ igni velut in aqua fluere. cum ꝓ ipsi aque: velut in igne crepitare. Apud Baramantas quēdā fontē tā frigiduz dieb⁹ ut nō bibat: tam feruidū noctib⁹ ut nō tangat. In Epiro alū fontē in quo faces ut in ceteris extinguūt accēse: ꝑ nō ut i ceteris accendunt extincte. Albeston arcadie lapidē ꝓpea sic vocari q̄ accēsus semel iam nō possit extingui. Lignū cuiusdā ficus egyptie nō ut ligna cetera i aquis natare: ꝑ mergi: ⁊ q̄ō est mirabilius cū in imo aliquandiu fuerit: inde ad aque superficiē rursus emergere q̄n madefact⁹ debuit humoris pondere ꝓgrauari. Dec Aug⁹. Que ꝓba ob sui ꝓpritatē nō sūt textualiter recitanda: ꝑ tū vulgariter. Exq̄bus manuducimur q̄ oīpotentia dei cui⁹ ꝓtute facta sūt oīa ⁊ mouentur: dāmatos in inferno cēnis ignib⁹ faciet cruciari. O q̄ vrens. o q̄ ardens. o veniq̄ q̄ laboriosa ē illa flāma i q̄ miseri lugebūt. clamabūt. suspirabūt: ⁊ nō exaudient. O si possibile esset ut aures ad os ponerem⁹ inferni: audirem⁹. ꝓfecto diuitē Epulonez. imo secū cōs auaros cōs superbos. cōs luxuriosos. cōs veniq̄ pctōres clamorosis vocib⁹ lamentātes

atq; dicẽtes. ⁊Heu læu q̃ ardens est ista flamma. Quis habit nobis ad refrigerũ guttulã aque? Quis nos lib̃abit a cruciatib⁹ gehẽne? Quis nos ꝓsolabit in tot merorib⁹? Et vbi supt amici? vbi ⁊meuoli. vbi diuitie. vbi vir⁹. vbi potẽtia? O vita nostra plena oĩ dolore oiq; ãgustia. o vita vestituta oĩ auxilio oiq; solatio. Credite credite o incorrigibiles pctores. Non parcet vobis iusticia dei nisi pctã ꝛpoluerit: q̃nimo vos ꝓiciet in ignẽ eẽnũ. O qd erit cẽ i igne illo q̃ ad modicũ sustineri nõ pt coctura candele? Et ut Ysaias. 33. dicit. Quis poterit habitare de vob cũ igne deuorãte? Quis habitabit de vobis cum ardoribus sempiternis?

¶ Qualit pena dãnatoꝝ supat omnes alĩã pnã seu purgatoriã seu pñtẽ que i hac vita haberi pt. Caplm. z.

SEcũda rõ q̃ oñdit grauitas pne dãnatoꝝ dr supatio. Superat eni omnẽ alĩã pnã. Qõ ut melius intelligat tripler pena ẽ distinguẽda. ⁊p⁹ est pena mũdi. ⁊z⁹ pena purgatorij. ⁊ꝛ⁹ est pena inferni. ¶ Prima pena est mũdi q̃ in hac vita sentit. Et licz multiplex sit ut expietia docet: tñ tribꝰ fuit illa quã ꝓpo scĩ sustinuerũt: de q̃bus dicit Heb. xi. Alii dibria ⁊ vincula ⁊ carceres. Lapidati sũt: secti sũt: tẽptati sũt: i occisiõe gladij mortui sũt. Circuierũt in melotis ⁊ in pellibus capꝛnis egẽtes. angustiati affricti. Quisnã explicet q̃t dolorẽtorũ gnã exasierũt tyrãni q̃b⁹ cruciari mandabãt martyres scõs? Quis enarrare sufficiat: q̃t disciplinis: ieiunijs: ⁊ oĩbus carnẽ suã amici dei crucifixerũt cũ vitijs? Et tñ oĩa ista mũma sũt ⁊ q̃si nihil in cõparatione pne dãnatoꝝ. Ideo Gregi. i. 3. moral. li. xii. Ecce aũt dumbri Job vulnera cruciatusq; cõsidero repete mẽtis oculos ad Job dez reduco ⁊ nõ sine grauissima admiratiõe ꝓpẽdo: q̃ ille, ꝓpter ie spũ intra matris vtez replet⁹: atq; ut ita dixerim ante eẽ nascẽ renatus. Ille amic⁹ spõsi: ille q̃ iné natos mulierũ maior nemo surrexit. Ille sic, ꝓpha ⁊ plus q̃, ꝓpha: ab iniq̃s i carcẽ mittit: ⁊, p puelle saltu capite truncat. Et vir tante sobrietatis, p risu turpiuz morit. Nũq̃d credim⁹ aliq̃d fuisse i eius vita qõ illa sic respecta mors tergeret? Sed q̃n ille uel in cibo precauit: q locustas solummõ ⁊ mel siluestre comedit? Quid de o uel de q̃litate sui tegmis reliquit: qui camelor pilis corp⁹ operuit? quid de cõuersatiõe sua offendẽ potuit q̃ de deremo nõ recessit? qd illũ loq̃citatis reatus polluit q̃ diuuncꝰ longe ab hoib⁹ fuit? q̃n illũ uel silentij culpa attingit q̃ ad se uenientes tã vehemẽt increpauit dicẽs: Senimia vipeꝝ quis dedit dos fugẽ abira uentura? Quid est q̃ de Job dei testimonio preferẽ: ⁊ tñ plagã vsq; ad sterq̃linũ sternit? Quid est qõ Ioh. dei uoce laudat: ⁊ tñ ꝓ temulẽtis ꝓbis i saltatiõis ꝓmũ mozit? Quid est q̃ ops de⁹ sic dehemẽter in hoc sclo respicit quos sic sublimiẽ añ scla elegit: nisi hoc q̃ pietati fideliũ patz: q̃n idcirco sic eos ꝓmit in infimis q̃s videt quõ remunẽt i ſũmis? Hoc q̃ vnusq̃sq; colligat qd illic passuri sint q̃s repbat: si hic sic cruciat q̃s amat? Aut quõ ferient q̃ i iudicio arguẽdi sũt: si sic eoꝝ vita premit q̃ ipso iudice teste laudãt? Hec ille. Et ad idem est illud Piero. ad Palmachiũ ⁊ Deeanũ. o. Job sanct⁹ in temptatiõe ad gl'iaz suã deuot⁹ sic i suo dolore clamabat: Quid ꝓdest i tormẽto meo lux? Et quid mihi iuncta sũt genua? Et qd vltra fuxi? Cur nõ i vtre mris mortu⁹ sũ ⁊ mor ut de vtero exiui nõ ꝓtin⁹ obij? Si hoc dei amic⁹ dicebat i luie qd ab iimicis ei⁹ dicet in tenebr⁹? Si ille dolet genua sibi fuisse cõiuncta cui⁹ pedes i dei timore semp cucurrerũt qd dicturꝰ ẽ cui⁹ nũq̃ i ꝓpitate steterũt? Si ille ingemiscit quẽ febris vrebat qd dicturꝰ ẽ quẽ gehẽna ꝓsumet? Displicet ⁊ illi q̃ nat⁹ ex deo vitit: q̃ hõ vitit: qa illũ vermis morit⁹ edebat: qd faciẽt q̃s ignis eẽnus ⁊ ꝓmis nũq̃ morit⁹ expectat? ¶ Secũda ẽ pena purgatorij

re qua suo loco dicem⁹. Tertia ē pena inferni cui ois alia pena tam mundi q̄ purgatorij nō est compabilis.

Quo grauis erit dānatorū pena ꝓpter carentiā visiōis diuine. 7 re differentia pene sensus 7 pene damni. Capl'm.3.

Tertia rō q̄ oñdit grauitas pene dānatorum dicit priuatio. Priuabunt siquidē dānati i cēnum visiē dei. Et ut. d. Ric. vlt. di. 4. li. Int penas dāni carētia visiōis dei ē maxia 7 tristicia causata ex illa carētia appetēsa ut ꝓueniēs ex actuali malicia, ꝓprie voluntatis est maxima inter penas sensus: qa q̄uis dānati nō appetāt videre deū, ꝓpter amorem sue bonitatis: tñ vehemētissime illud appetunt, ꝓpter desiderij ꝑfectionis: eo q̄ credē firmiter cōfitent ex illa visiē maxima delectatione in videte causari. Carētia enī visiōis illi⁹ appetebēsa ut ex actuali malicia, ꝓprie voluntatis, ꝓueniēs: maior ē pena q̄ pena sensꝰ. In paulis tñ mitior ē pena dāni. qa ipsaz appetitē dūt nō ee i eis causatā ex actuali malicia sue ꝓprie voluntatis. Procurēt ergo pctores duz temp⁹ 7 facultas dat ad vrā redire penitētiam: qñ ut tactū est i precedētib⁹ irrepabilis erit inferni iactura: in q̄ nō semel sufficit introisse. Semel q̄ppe dānat malos deꝰ. semel sniam irrenocabile ꝓfert. O q̄ amara erit illa dies: imo illa hora qñ peccatrix aia terrenū b corpus derelinquēs pnitabit etiā inuita 7 nolēs coram maiestate sūmi dei: susceptos punitionē 7 penā relictorū suoꝝ. Jō dico q̄ nō ē expectāda: ꝑ pot⁹ timēda dies illa. Ergo cōuertimini pctores 7 agite pniam ut deꝰ misereat vri: q̄ est bñdictus in secula seculorū. Amē.

Dñica i q̄nquagesima. de potētia dei ꝓpē quā humiliari debet pctor corda ut ad pniaz redeant. Sermo. ij.

Omnis ple

bs ut vidit dedit laudem deo. Datenē dce ꝑba Luc. xij. 7 in euāgelio pñtis dñice Ex miraculo ceci illuminati ꝑ xp̄m. de quo Luc. meminit i euāgelio hodierno cōmoti fuere vniuersi qui rem tā grandem viderūt magnificare oipotētē deū cuius solius ꝓtute cecus ille potuit illuminari. Clamat inq̄t euāgelista: Jhu fili Dauid miserē mei. Et ad vocem xp̄i d. sibi: Respice fides tua te saluū fecit: subito videndi bñficiū obtinuit 7 accepit. Neq̄ alia vis q̄ increata diuinalis talē potuisset effectū ꝓducere. Jō admirantes illi q̄ b inspexerūt deū extollēdo laudabāt: Nos ꝙ qui nō solū b vnuz sed tot dei miracula 7 videm⁹ 7 audim⁹ magis ac magis laudib⁹ ei⁹ dem⁹ insistere. Quod vtiq̄ plene exoluim⁹ cū ob eius reuerētiā timorē paric 7 amorem pctā relinquim⁹ ꝓtutib⁹ inderēdo. Et qñ ad id faciendum satis efficax est ꝓsideratio altissime potētie dei Jdcirco in pñti sermone de illa erim⁹ tractaturi quatenꝰ illā cōmemorātes ad penitētiā reuertamur. 7 corde cōpuncti cum plebe pariter collaudemus imortalē deū. De cuius potētia tria mysteria principalia ponimus ꝓtemplanda.

Primū dicit vniuersalitas.
Secundū qualitas.
Tertium claritas.

Quo deꝰ possit nō solū de possibile sed etiā de impossibile agenti creato dūmodo illud nō dicat impfectionē. Capl'm.j.

Primū mysteriū ꝓtēplādū de potentia dei dicit vniuersalitas. Jn q̄ disputādū ē. Utrū deꝰ sit oꝑs Et ꝑ pte ꝑa 7 affirmatiua ē ꝓfessio fidei Nā in vtroq̄ symbolo patrū. s. 7 apl'oꝝ: deū oipotētē de cātam⁹. Et b colligit ex vtriusq̄ testamēti pagina. Ussi Gen. xvij. dixit deꝰ ad Abrahā. Ego sū deus oipotēs ābula coram me. Et Gen. xxxv. dixit deus ad Jacob. Ego sum deꝰ omnipotens cresce 7 multiplicare. Et Gen. xlvj. qa Jacob remisit filios in egyptuz. ait Deus meus omnipotens faciat eū vob placabilem. Et Exo. vj. Ops nomen eius. Et Thobie. xij. Non est alius deus

oipotens preter eū. Et Judith.16. Deꝰ oipotēs tradidit holofernē in manꝰ femine ⁊ cōfudit eū. Et Job.13. Ad omnipotentē loquar ⁊ disputare cum deo cupio. Et.23. Deus molliuit cor meū ⁊ omnipotēs p̄turbauit me. Et hester. 13. Mardochæus orans dixit ad eū: Dñe rex oipotēs i ditiōe tua cuncta sūt posita: ⁊ nō ē qui possit resistere voluntati tue. Et sapiēs Eccl.p. Unus ē altissimꝰ creator oīū ops rex ⁊ metuendus nimis. Et Apoc.1.c. Ego sū alpha ⁊ ome ga. principiū ⁊ finis. dicit dñs deus q̄ est ⁊ qui erat: ⁊ qui venturus ē omnipotens. Et Apoc.4. Clamabāt quattuor aialia: Scūs scūs scūs dñs deus opⁿs Et Apoc.15. Magna ⁊ mirabilia sunt opa tua oipotens dñe deꝰ. Et.16. Audiui alterū angelū dicentē: Etiam dñe deus oipotens vera ⁊ iusta sunt iudicia tua. Sed p̄tra hāc veritatē instari p̄t tripliciter ꝑ quia deus nō potest omne possibile. 2°. quia nō p̄t quodlibet impossibile. 3°. quia i deo nihil est defectibile. ¶ ꝑ instat q̄ deus nō sit oipotens ex eo q̄ nō p̄t omne possibile. Nā multa sunt possibilia agenti creato: ut posse pati. posse currē. posse peccare. posse mori. posse mentiri: que tamē nullo mō p̄t deus. ergo nō est omnipotēs. Ad ꝑ rñdet dñs Boē. di. 42. primi. q̄ sm plōs sniam: quedā sunt que dicūt potentiam q̄ tum ad modū dicendi. dicūt tñ impotentiā a pte rei: ut posse mori: posse corrumpi. Nam si interrogarē aliquez quid magis eligēt. an potentiā habē morien di: aut illa priuari. rñdēt protinꝰ magis velle potentia illa carere. Propē hoc intelligendū nōndū est. q̄ quedā sūt que posse est potentie simpliciter ⁊ pfecte: ut posse intelligere diligere ⁊ opari. Quedam sūt que posse est potentie tñ ipfecte ut currere ⁊ ambulare. Justi enim actus dicūt simul actionē ⁊ passionē siue defectū in agente. Quedā que posse ē impotentie simplicit: ut priuatiōs: ut posse peccare: posse mori. ⁊ hꝰ. Scōm ꝫ intelligendū q̄ cū potētia dei sit potentia pfectissima: illa p̄t deus p se ⁊ in se que sunt potentie simpliciter ut itelligere ⁊ opari. Illa vo que sūt impfecte potētie potest quidē nō in se: sed p se potest. Ex hoc q̄ est ibi pfectiōis in se nō p̄t, pter illud quod est ibi ipotētie ⁊ impfectiōis que in eo nō cadunt. Illa aūt que sunt simplicit impotētie nec p̄t in se nec p se. ꝑ se non p̄t. q̄a nihil est a deo q̄ nō sit a deo p se ⁊ imediate. Hoc autē q̄ ē defectus nō p̄t esse in deo nec a deo: quia deus nō deficit in essendo nec in agēdo Ideo Augꝰ ut recitat magister in ter. remouet a deo q̄ttuor. s. mori. falli. mi serū esse. ⁊ mentiri. q̄a ista dicūt defectū ipsius bois. Nam quadruplex est actus ⁊ quadruplex est potētia: Prima est potentia viuificatiua: ⁊ huiꝰ actꝰ ē viuē. ⁊ ꝫ hunc ē defectꝰ mori. Secūda est cognitiua: cuiꝰ actus ē noscere. ⁊ p̄tra hūc est defectus falli. Tertia ē potentia affectiua: ⁊ huiꝰ actꝰ ē velle siue amare ⁊ delectari. ⁊ ꝫ hūc ē miserū eē. Quarta ē potētia opatiua. ⁊ huiꝰ actꝰ est agere. ⁊ ꝫ hūc est vinci ⁊ supari. Ex his autez quattuor genera actuū remouēt a deo. s. corpales siue instrumētales: ut currē ⁊ ambulare. actus culpabiles: ut peccare ⁊ mētiri. actꝰ passiui: ut vinci ⁊ superari. actꝰ defectiui: ut mori ⁊ falli. Et tales actus habēt potentiā p̄iunctā defectui. Et sic ꝑ solutio obiectiōis p̄me ¶ 2°. instat ⁊ obijcit q̄ deus nō sit omnipotens: q̄a nō p̄t eē impossibile. Nā impossibile dicit triplicit. uel sm naturaz ut deceo fieri videntē. ul sm tempꝰ: ut te nō fuisse ergo fuisti. ul sm disciplinam: ut idē esse nigrū ⁊ albū: q̄a omnis scia supponit illud p̄ncipiū q̄ duo opposita nō p̄nt eē simul vera. Sed deus nō p̄t impossibile sm nām: q̄a ut dicit Augꝰ in li. de vera innocētia. Deꝰ ita est oipotens ut nunq̄ rōni siue instituta euellat. Et idē Augꝰ sup Geñ. ad lrām Nam nō p̄t deus facē ꝫ nām quā dedit istituit: q̄ nō p̄t facere ꝫ volūtatē suā. Nō p̄t etiā deus facē impossibile scōm tempꝰ: q̄a ut inq̄t Piero. ad Eustochiū

Cum cetera possit deus non pōt de corrupta facere virginē. Quod dictū non est intelligendū: qn deus possit reparare claustra: ꝫ quia que corrupta est impossibile est non fuisse corruptā. Item non pōt deus impossibile ꝑm disciplinā. s. ut duo opposita sint simul in eadē ībiecto ut patet omnib⁹ sapientibus. ꝯ sequtur q⁹ deus nō sit oīpotens. Respondet tomin⁹ Hoñ. q⁹ nos iudicamus aliq̄d impossibile q̄druplicit. Uno mō p limitationē naturalis potētie. ut virginem parere. Alio mō p limitationē nāe intellectiue ut duo corpa esse simul in eodem loco: uel idem corp⁹ esse in diuersis: uel mai⁹ corpus esse in minori loco. que nullo modo possum⁹ capere: cū nostra imaginatio semp dicat oppositū. Unde etiā quādo deus sic facit i sacramēto altaris necesse est ut ratio supra se eleuet & credat. Tertio mō iudicamus aliq̄d ipossibile ꝓpter ꝓportionē ois existentie ꝑm omnē comparationē. s. ꝓncipij. medij. & vltimi: ut preteritū nō fuisse preteritū. Omnis enī potentia q̄ intelligit aliq̄d facere respicit ens uel in rōne ꝓncipij uł termini uel vtroq⁹ modo. Unde deus potest facere de ente nō ens & de nihilo aliquid: & de vno aliud. Sed nō pōt de vno ente facere non ens: qa hoc nullius est potētie. Quarto modo iudicam⁹ aliquid impossibile ꝑm illustrationem veritatis eterne & ordinem diuine sapie. Nam q⁹ duo opposita insint eidē & ꝑm idē: hoc ipsa veritas eterna eo ipso q⁹ veritas est indicat & illustrat ut iudicet ipossibile: sicut duo & tria non esse quinq⁹. Ad ꝯ dr q⁹ deus nō pōt quodlibet impossibile qa nō pōt ipossibile p limitationē nālis potentie. Respondem⁹ q⁹ hoc ē falsum sic expientia docet in opibus miraculosis Et ad illud quod obijcit ex dicto Aug⁹ dicēdū q⁹ ē duplex ordo nature. spālis & generalis. Ordo nature spialis trāsmutari potest & destrui: qa potest i alterū differentiā res relabi. Ex generalis nō sic. Ex specialis ordo attendit ꝑm potentiam nature specialis. Generalis ordo ꝑm potentiā obedientie que ē generalis Cōtra hūc ordinē nō facit deus ꝯ ꝓtra alium. Quia ut Aug⁹. 19. li. de ci. dei. ait. Illud est vnicuiq⁹ rei nāle: quod de ipsa facere disposuerit omnipotētis voluntas. Et de hoc diffusius dixi in sermōne de miraculis in cōmūni. Ultra potentia dei in miracula faciēdo sit ꝓpria nature. Jō sufficit nūc ꝯcludere q⁹ deus pōt omne ipossibile ꝑm limitationē nāe. qa potentia dei non est limitata sed infinita. & iō supra naturā. Tertio pōt deus qōlibet impossibile p limitationē nostre intelligentie: qa potentia eius supat nostrā intelligentiā. Ideo Basilius dicit & Hilarius. Plura pōt deus facere q⁹ intellect⁹ possit intelligere. Iō Paulus etiam ad Ephē. 3. confirmat. d. Potens ē omnia facere supabūdanter q⁹ petimus aut intelligimus. Impossibile ꝙ ctio mō nō pōt deus: qa illud facere est nihil facere Et ideo cum preteritū nihil sit: deus nō pōt facere ꝓteritū nō fuisse ꝓteritū. Impossibile etiā quarto mō nō pōt de⁹: qa illud esset posse inordinata ꝫ ordinē sapientie sue. Et quoniā deus sic est omnipotens ut nihil possit nisi quod suam potentiā decet: & nō deordinat sapiētiā: Ideo hec impossibilia nō pōt. Tertio instat q⁹ deus nō sit omnipotēs: qa in eo nihil ē refectibile. Si potentia esset i deo tūc esset aliquod impfectū. quia ꝑm Arī. 9. metha. Qualibet potentia melior est eo⁹ actus. Nam forma melior est materia: & actio q⁹ potentia actiua. Est enī finis eius. Sed nihil est melius eo qō est in deo. ꝯ nulla potentia sibi erit attribuenda. Ad hoc rñdet Alo. pte. i. q. 25. q⁹ dupler est potentia. actiua. s. & passiua. Prima est principium agendi in aliud Secūda est ꝓncipiū patiēdi ab alio. ut pz. 5. metha. Potētia passiua nō est i deo sed actiua tm̄: eo q⁹ sibi maxime cōpetit esse ꝓncipiū actionū: & nullo modo pati. Jō ad auctoritatē Arī. dicendū est q⁹ quando actus aliud est a potētia oportet q⁹ actus sit nobilior potentia. Sed actio dei nō est aliud a potentia ei⁹: ꝫ est

vtrūq; essentia diuina: quia ſm Aug⁹. libro de fide ad Petrum. quicquid est in deo est ipse deus. Conuenit igit omnipotentia ipsi deo ſm fidei sancte ⁊ scripturarum sacrarum dogmata. Et iō instantie pretacte cum iam sint solute ei diudicare non possunt.

¶ Qualiter omnipotentia dei est incōmunicabilis: ⁊ tamen ab illa dependet omnis alia potētia. ⁊ ipsa nūq; deficiet sed durabit in eternū. Capm. x.

Secundū mysteriū contemplandum de potentia dei dicit qualitas. In quo notabūt tres eius qualitates seu ꝓditiones. Prima dicit incōmunicabilitas. Secunda principalitas. Tertia dr durabilitas. Prima qualitas seu conditio potentie dei dicit incōmunicabilitas. Nam licz de multa dicerit tam angelis q̄ hominib⁹ tamē nūq; coicauit omnipotētiā suam Nam ut dicit. d. Boñ. dis. 14. tertij li. Omnipotentia coicari nō potest alicui creature: quia omnis creatura eo ipso q̄ ex nihilo est: deficit a sua stabilitate: vnde nō existit p se ipsam. deficit a summa simplicitate: vnde nō agit p se totā. deficit a summa immensitate: vnde distare potest in ipsa virtus a substantia. ⁊ quoniā p se non subsistit nec in se nisi sustentet a diuina potentia: quoniā non potest se ipsaz sustinere. ideo impossibile est ipsam eē omnipotentē. Rursus qm̄ ex seipsa tota non agit: non potest i totam rei substantiam: ⁊ ideo non potest esse omnipotens cum non possit totum producere. Postremo quia ſtus eius distat a substātia. tantū pōt elongari q̄ oio deficiet. vnde nō potest i oia. Sicut ergo soli deo conuenit sūma stabilitas sūma simplicitas summa imensitas: sic etiā ompotentia que necessario requirit hec tria. Sed dubiū ē de anima xp̄i an ei cōmunicata fuerit oipotētia: quoniā videret q̄ sic ex verbis eius Matb. vltj Data est mihi inquit omnis potestas in celo ⁊ in terra. Ibi glo. hoc non de coeterna patris deitate: sed de assumpta dicitur humanitate. Et iterum glo. super illud Aug. ꝑ. Hic erit magnus. d. Non q̄ ante partum virginis magnus non fuerit: sed quia potentiaz quā dei filius naturaliter habet: homo ex tēpore erat accepturus. Verūtamen Ric. de media villa in. z. dis. 14. concordans cū Boñ. ceterisq; theologis dicit q̄ anima xp̄i nō est omnipotens: quia omnipotentia includit actiuam potētiā infinitam intensiue. In anima autē xp̄i cum sit creatura nō est nec esse potest actiua potentia infinita intensiue. quia cū vnūq̄q; agat ſm q̄ est in actu: ⁊ patiat inq̄tuz ē in potētia: quantū res habet de actiua potētia tātū habet de actualitate. Ergo potētia actiua infinita includit actualitatē infinitam in habente illaz potentiam. Actualitas autē infinita i nulla creatura esse potest: quia omnis actualitas creature cū passibilitate pmixta est. Possumus tamē dicere q̄ aie xp̄i cōmunicata sit omnpotētia eo modo quo cōmunicat ei nomē ⁊ existentia veritatis hoc est p cōmunicationē idiomatū: qa ortum habet ex psonali vnione. Sicut enim possum⁹ dicere q̄ homo est deus: ita possumus dicere q̄ homo est omnipotens. Et sic intelliguntē glose supius allegate scōm. s. illum modum loquendi quo idiomata cōmunicāt. ¶ Secūda conditio seu qualitas potentie dei dicit ꝓncipalitas. Ipsa enī vna sola ꝓncipalis ⁊ singularis est potētia que a nullo dependet. a qua sunt omnes alie. Unde xp̄s in euangelio Joh. 19. dixit Pilato Non haberes in me potestatem nisi tibi datum esset desup. Et Paulus Ro. 13. Non est inquit potestas nisi a deo. Que verba ponūtur. 23. q. 1. c. Quid culpat. Ideo nihil potest creatura nisi qō deus iubet uel sinit. Et tam diu potuerūt homines ⁊ poterunt dominari q̄diu sibi placuerit. ¶ Tertia conditio diuine potentie dicit durabilitas. Ipsa quidē est que semp durabit ⁊ non deficiet. Unde Daniel. 7. Potestas eius potestas etna que nō auferet: ⁊ regnuz eius quod nō

corrumpetur. Et reuera ita est qñ oia regna mũdi que potẽtissima olim fuere ad nihilũ deuenere: de quibus latꝰ dicemus cũ tractabimus de contemptu mundi.

Quo potentia dei cognoscit̃ p creationẽ ⁊ cõseruationẽ rerum ac p punitionem omniũ malorũ tam angelorum ꝙ hominũ. Capl'm.3.

abstinẽdũ cẽ dicit.c. Quia dies .de cõse. di.v. Et b vtiq; cõsiliũ ẽ nisi adhuc ẽriũ videret̃ p cõsuetudinẽ. In oibus ẽo vigilijs festoꝝ que secũda feria veniũt ieiunandũ est i sabbato.ut patz in.c. Expte.x.d.c. Cõsiliũ.extra .de observatiõe ieiuniorꝝ. Nõdũ tñ q a pcepto ieiunij excusanť x absoluũť qui legitimã cãm habẽt siue necessitatẽ ut nõ ieiunent.qa ut scribit in sepe allegato.c.cõsiliũ. Necessitas legi nõ subiacet.x.i.c. remissionem. Necessitas nõ habet legẽ.i.q.i. Ez caueat vnusq;sq; ne decipiat seipsũ: qm si quis posset ieiunare.p vno florẽno lucrando: posset etiã ieiunare ut impleret ecclesie pceptũ. Pñt tñ aliq; rõnabiliť excusari a ieiunio. Et p excusanť pueri q fm Tho.x Ric,ppter debilitatem nãe indigẽt frequẽti cibo nõ mixto simul sũpto. Indigẽt multo nutrimẽto,ppẽ virtutẽ augmẽti. Ideo vsq; in finez tertij septennij.ad ẽ.xi.ãni ieiunare nõ obligãť Et p bis ẽ dictũ illud Hiero.ad atletã Ante ãnos robuste etatis periculosa est tenerj abstinẽtia x grauis. Lñ ꝙueniẽs ẽ ut ante dictã etatẽ inducãť hoies ad ieiuniũ: tũ,ppter generalẽ cõmonitionẽ x mẽ dei imperrationẽ.sicut dr Joel'. z. Coadunate senes:congregate puulos x suggẽtes vbera. Tũ etiã,ppter vitioꝝ refrenationẽ: qa ut plurimũ x maxime temporibus his iuuenes sunt lasciui x dissoluti. Ego ẽo dico x teneo q cõsiderata malicia q in multis supplet etatem.x corruptela detestabili nephãdissimoꝝ facinoꝝ que ppetranť tã a masculis q̃ a feminis.q tales nõ solũ inducendi sũt ieiunare imo stringẽdi sũt quos valẽtes onus ferre ieiunij etiam añ.xi.ãnũ.ad illud credo fore obligatos sub ẽtute pcepti. z. excusanť a pcepto ieiunij pauper q nõ bñt ad comedendũ in vna cõmestiõe sufficiẽť. z. excusanť pegrinantes q ,ppẽ laborẽ mimiũ cõmode ieiunare non valent. Nec obstat si dicať q pceptũ cõsilio nõ ẽ postponẽdũ. Cũ g̃ ieiunare sit i pcepto: pergrinari ẽo ad indulgẽtias è de cõsilio. g̃ nõ videť q ,ppter pegrinationem sint soluẽda ieiunia:qa ut dicũt Ric.x Tho Intẽtio dãtis pcepta de ieiunijs excludere non fuit alias pias x necessarias cãs. Decus tñ est de pceptis legis nãe. 4. excusanť senes x debiles. 5. infirmi 6. mẽse nobiliũ seruitores.de qbus.d. Ric.q si ex cã necia puenũt aliquãtulũ comedẽdi horã ex toto uel modicum pbibẽdo ne seruiẽdo deficiãt: x b faciãt ã positis mẽsis uel modicũ ante ita q ,ppter tpis cõtinuationẽ vna mensa bẽat deputari: nõ peccãt.sicut nõ peccãt qui surgunt de mẽsa ut ,p vino vadant.uel extrema deferant:x iterũ reuertẽtes ad mẽsa cõtinuãt. 7. excusanť laboratores q dictum viuũt.nec pñt laborare sil'x ieiunare. 8. excusanť mulieres pgnãtes:x que lactãt filios x gnãliť ẽs qb9 legitima adsũt impedimẽta. De dispẽsatiõe tñ ieiunij fm Aler. nõndũ ẽ q si euidens cã sit põt stari hõ p seipsũz statuti obseruãtiã pterire: pserti si nõ possit de facili habẽ recursũ ad supiorem. Si aũt cã sit dubia dz hõ ad supiorẽ recurrẽ q auctoritatẽ habet in talib9 dispẽsare. z. obligãť hoies ad ieiuniũ ,ppẽ pnie uel voti implectionem.qñ.s.qs teneret ieiunare cum sibi fuisset iniũctũ,p pnia.aut voto se obligasset. z. obliganť hoies ad ieiuniũ ,ppter epale indictionẽ.qñ.s.epus in sua dioc.indicẽt aliqd̃ gñale x districtũ ieiunũ puta,p pace: p;o serenitate aeris.,p pluuia postulãda x hui9modi: tũc cẽs eius cure subiecti obedire teneť ut expẽdat ponit de cõse.di.3.c.,pnũciandũ x dis.v.c. Ieiunia. vbi dicit. Ieiunia in eccl'ia a sacerdotib9 pstituta sine necessitate rõnabili non soluanť dec ille.

De ieiuniũ fructuosũ ẽ x vtile ad bõa tpalia x bona corpalia x ad bõa spũalia

Certiũ mysteriũ Capl'm.3. videndũ de ieiunio dr fructificatio. Possum9 nãq; triplicẽ eius fructũ ãnotare. p9 dr corpal' z. tpal' 3. spũalis. Prim9 ieiunij fructus dicit corpal'. Ipsi eteni corpi,pdest tripl'r p refrenãdo, z. sanãdo. 3. fortificãdo

Primo ieiuniū pdest corpi ipsuz re-
frenando. Nam nullū remediuz est ita
efficax ad reprimēdū carnis rebellionē
ad spiritū: sicut macerare z affligē illaz
z potissimū p ieiunū. Et quis nō indi-
geat tali medicina qñ oēs pungunt re-
xant z agitant stimulo carnis? Ideo
Paulus. z. Cor. 9. c. dicebat. Castigo
corpus meū z i seruitutē redigo. Ex b
Iero. ad Rusticū monachū inqt. Clas
electionis in cu? rectore xp̄o sonabat:
macerat corp? suū: z subijcit seruituti. z
tñ cernit nālez carnis ardorē sue repu-
gnare sniē: ut qđ nō vult b agē compel-
latur. z quasi vim patiēs vociferat. z. d.
Miser ego hō qs me liberabit de corpore
mortis hui?: Et tu te arbitraris absq;
lapsu z vulnere posse trāsire: nisi oi cu-
stodia seruaueri corz tuū? Et idē i epla
ad Furiā de viduitate seruanda. Apls
inquit macerat corp? suū: z aīe subijcit
impio ne qđ alijs p̄cipit ipse nō seruet:
Et tu adolescētula feruēte cibis corpe
de castitate secura es? q̄si. d. nō. Et idez
in epla ad Eustochiuz. z pmē in. c. Si
Paulus. zz. q. h. Si Paul? inqt apl̄us
vas electiōis z p̄patus in euāgelio xp̄i
ob carnis aculeos z incentiua vitioz̄ re-
primit corp? suū z i seruitutē subijcit
ne alijs p̄dicās ipse reprobus efficiat
z tñ videt aliā legē in mēbris suis repu
gnantē legi mentis sue z captiuantem
se in lege pcti: Si post nuditatē ieiunia
famē carceres flagella supplicia i semet
reuersus exclamat: Infelix ego homo
quis me liberabit de corpe mortis hui?:
tu te putas securā esse debere? In epla
ḡo ad Ephesiū de nebridio z viduita-
te idē Iero. sic loquit. Sicut irasci ho-
minū est z irā nō p̄cere xp̄iani: sic ois
caro cōcupiscit quidē ea q̄ carnis sūt z
ḡbusdā illecebris ad mortiferas aīe vo
luptates trahit. Dz nostrū ē voluptaz
ardorē maiore xp̄i amore restringere z
lasciuiens iumentuz frenis inedie subi
ugare: ut nō libidinē: sed cibos querat
ac residerat z sessorē spm̄ scm̄ moderato
atq; cōposito portet incessu. Quorsum
ista? Et volem te esse noueris z nisi ca-
ueas passionibus humanis subiacere.
De eodē cuncti facti sumus luto bisdez
cōpacti exordijs. z i serico z pānis ea-
dem libido dñat. Nec reguz purpuras
timet nec medicoz̄ spnit squalorē: me-
liusq; est stomacho tē dolere q̄ mentem
impare corpi q̄ seruire gressu vacillare
q̄ pudicitia. Et i epla ad Demetriadē
p̄. idē. d. Ignita sūt diaboli iacula que
simul vulnerāt z inflammant: z a rege
babylonis tribus pueris p̄cepāt: b quō
ibi quartus spēm habēs filij dei intēsos
mitigat ardores: sic in alo ḡginali rore
celesti z ieiuniorū frigore puellaris ca-
lor extinguit: z būano corpi angelorū
uersatio p̄pat. Idē in epla ad Eu-
stochiū sic refert. Sollicite, puidēdū est ut
quos saturitas a paradiso expulit esu-
ries reducat: nō q̄ deus intestinoz nro-
rū delectet rugitu: b q̄ aliter pudicitia
tuta ee nō possit. Propterea z ipse Iero.
in seipso ostendit quod alijs p̄dicauit.
Eius ꝓba sūt ad Eustochiū loquētis.
Quotiēs in deserto p̄stitut? z i illa va-
sta solitudine que exusta solis ardorib?
horridū monachis p̄stat habitaculuz
putabā me romanis interesse delitijs: se-
debam solus: q̄a plen? erā amaritudine
horrebāt sacco mēbra deformi. z squa
lida cutis situz ethiopisse carnis obdu-
xerat. Quottidie lachrymе ḡttidie ge-
mitus. z si qñ repugnātē somnus imi-
nens oppressisset: nuda humo vix ossa
hærentia collidebā. De cibis ꝓ z potu
taceo cū etiā languētes monachi aqua
frigida vtāt. z coctū aliq̄d accepisse lu-
xuria sit. Ille igit ego q̄ ob gehennē me-
tū tali me carceri dānaueram. scorpionū
tm̄ socius z ferarū. sepe chorus interer
puellaz. pallebāt ora ieiunijs. z mens
desideriis estuabat. z in frigido corpe z
sicca iam carne p̄moztuo sola libidinū
incēdia bulliebāt. Itaq; oi auxilio re-
stitutus ad ihesu iacebā prodes. rigabā
lachrymis z crine tergebā. z repugnātē
carnē ebdomadaz inedia subiugabam.
Nō erubesco confiteri infelicitatis mee

miseriã. ãnpotius plãgo nõ eẽ qõ fueri. Memini me clamãtẽ die crebro iũtisse cum nocte. nec ꝓius a pectoris cessasse verberibus q̃ rediret dño impante trã quillitas. Ipsam q̃z cellulã meã quasi cogitationũ mearũ ꝓsciam ptimescebã Et mibimet iratus ⁊ rigidus solus ve serta penetrabã. Hicubi cõcaua vallũ aspa montiũ rupiũ ꝓrupta cernebam ibi mee oronis locus. Et ut mibi testis est dñs. ꝓ multas lachrymas post celo oculos interẽtes nõnũq̃ videbar mibi interesse agminib⁹ angelor. lxc hiero. Sed q̃d ve alijs oibus scis dicã. Nõne p abstinentiã afflictionẽq̃ ieiuniorum supauerũt luxuriã? Et ut ve alijs taceã dicaz tñ qõ ve bto Francisco scribit in sua legẽda. v. Bosñ. Inq̃t eni sic. attentens illud apli ỹbũ. Qui autẽ sunt xpi carnẽ suã crucifixerũt cũ vitijs ⁊ cõcupiscentijs. Et crucis armaturã iugiter suo ferret in corpe tanta discipline rigiditate sensuales appetit⁹ arcebat ut vix necessaria sumẽt sustentatiõi nãe. Difficile nãq̃ fore dicebat necessitati corpis satisfacẽ ⁊ ꝓnitati sensuũ nõ parẽ. Propter qõ cocta cibaria sanitatis tpe vix admittebat ⁊ raro. Admissa ꝙ aut cõficiebat cinere aut cõdimẽti sapore admixtiõe aque ut plurimuz reddebat insipidum. De potu vini q̃d dicã cũ ve aq̃ dũ sitis estuaret ardore vix ad sufficientiam biberit ? Patet g̃ q̃ p ieiuniũ corpus anime inimicũ maxime refrenatur Fz°. pdest ieiuniũ corpi ipsũ sanando. nam visũ est p expietiã q̃ magis ꝓdest sanitati corpis abstinẽna moderata q̃ nimi⁹ ⁊ excessiu⁹ citor vsus. Quinimo utplurimũ ex gula ẽs egritudies cuenire solẽt. Añ ve ꝓse. di. 5. c. Ne tales. dr Morbi saturitate nimia concitant. Et Seneca ad Lucilluz sic ait. Medicina quondã paucaz scia fuit verbaz q̃bus sisteret fluens sanguis vulnera coiret paulatim. Deinde i hãc puenit tã multiplicem varietatẽ. Nec ẽ mirũ tunc illã minus negocij habuisse: firmis adhuc solidisq̃ corpib⁹ ⁊ facili cito nec p artẽ voluptatẽq̃ corrupto q̃ postq̃ cepit nõ ad tollendã: ẽ ad irritandã famẽ: quare inuente sũt mille ꝓditure q̃bus adhibit⁹ excitareẽ. Que vesiderantib⁹ alimenta erant onera sunt plenis. Inde pallor ⁊ neruor vino marcentiũ tremor ⁊ miserabilior ex cruciatibus q̃ ex fame macies. Inde incerti talentiuz prdes ⁊ spq̃si in ipa ebrietate titubatio. Inde ⁊ in totã cutẽ humor admissus distentusq̃ venter dum male assuescit plus capẽ q̃ poterat. Et tandẽ ꝓcludit multos morbos multa fercula fecisse. Et Jobes os aureũ. ve ꝓse. dis. 5. in. c. Nabil. hoc ipsuz ꝓfirmat. v. Abundantia morbũ facit ⁊ molestias ingerit ⁊ egritudines gnãt. Jõ Hiero. ꝑ Jouinianũ ait. Egrotanti tibi nõ aliter sanitas restituiẽ nisi tenui cibo victuq̃ castigato que dicta dicitur Et idẽ hiero. in. c. Legim⁹. ve ꝓse. dis. 5. Legim⁹ q̃sdã morbo articulari ⁊ podagre humorib⁹ laborãtes: ꝓscriptiẽ vnorũ ad simpliẽ mensam ⁊ pauperes cibos redactos cõualuisse. Caruerũt eni sollicitudine dispẽsande vsñ⁹ ⁊ epulaz largitate: q̃ ⁊ corp⁹ frangũt ⁊ aiaz. Fz°. pdest ieiuniuz corpi ipsum fortificãdo. Nam moderata ieiunia ex ꝓfiti corpa magis sana ⁊ magis robusta reddunt. Et si dicaẽ ẽ nõ esse verũ: qñ p ieiunia debilitantur corpis vires. Rñ vere possum⁹ qõ⁹ Paul⁹ dicebat. 2. Cor. xi. Cũ infirmor tũc fortior sũ. eo q̃ infirmitas ⁊ debilitas corpis reddebat eum fortẽ ⁊ ꝓmptũ ad dei obsequa. Secũd⁹ ieiunij fruct⁹ dr tpalis. ꝓdest eni adhuc tripliciter tpaliẽ. Fp placãdo. Fz°. liberando. Fz°. impetrãdo. Fp. ꝓdest tpaliẽ placãdo deũ. qñ irat⁹ ꝓpter pctã populi tpali flagello eos pcutere cõminat. sic ps Jone lib⁹ p totũ ve Niniuitẽ. ve q̃b⁹ ita ait hiero. li. 2. ꝑ Jouinianũ. Annue ciuitas magna ira dei ieiuniorũ miseratiẽ retorsit. quã vtiq̃ Sodoma atq̃ Homorra placassent si pniam agẽ lachrymasq̃ pnie fundere ieiunio patrocinãte deũ ꝓcliare voluissent. Missus

siquidē fuit ad Niniuitas Jonas ⁊ au' dierūt illi vocē eius ⁊ timuerūt vrum ⁊ ieiunātes ⁊ orantes ira ei⁹ placauerūt ¶ Sz⁹.pdest boi ieiunij tpaliē liberādo.s. a piculis ⁊ aduersitatib⁹ bui⁹ scli.siē p3 ō multj q ieiunātes ob reuerētiā ꝑgimi ⁊ alioꝝ scōrū liberati fuit a multj picul celi ēre ⁊ mariū ¶ 3⁹.pdest ieiunū tpa' liter imꝑtrādo.s.tpalia bñficia ut pluuiā tpe siccitatis.sanitatē tpe ifirmitatj serenitatē tpe imbriū.pacē tpe guerrarꝝ ⁊ silia ¶ Tert⁹ fruct⁹ ieiunij dr̄ spūalis ꝓdest eni spūaliter triplicit̄ ⁊ ꝑ clari' ficando.Sz⁹.cibando.3⁹.glorificando ¶ ꝑ.pdest clarificādo.Nā ad pspicacitatē ⁊ puritatē oronis ⁊ cōtēplationis miro mō disponit.Nōne lectio oro ꝑdicatio ieiuno stomacho meli⁹ capiūtur ⁊ exercentur ? Vinc Piero.3 Iouinianū ait.Daniel atq; tres pueri interptatiōz somnioꝝ ieiunio reuelant pastiq; legumimb⁹ ꝓdenciores ⁊ pulchriores inueniunt.Ixc ille.Jobi euāgeliste i insula pathmos ieunāti reuelata sūt secreta celestia.Apli ieiunantes spūs sci lumine sūt illustrati.Act̄.z. ¶ Sz⁹.pdest ieiuniū spūaliter cibādo.Cū eni mens fuerit illuminata ⁊ dine cōtēplatiōi intēta.ex ꝑsūti ꝛlectatiōe spūali inebriat ¶ 3⁹.pdest ieiuniū spūaliter glorificādo qa ꝑ illud introducimur in btām vitaz sicut helias p⁹ ieiunū rapt⁹ est in celū 3.Reg̃.z. In bui⁹ aūt mysteriū p⁹ ieiuniū q̄dragesimale stati resurrectōis celebrat̄ glia.Ergo aīo feruēti vnusq̄sq; ꝑm facultatē suā hodie ieiuniū incipiat ut sic i fine adipiscat eēnā gloriā.Amē

¶ Feria q̄nta post die cinerū ꝛe vsu ⁊ laudib⁹ scissime oronis.ꝑ eos q̄ dicunt nō esse orandū neq; ꝑ bonis acqrendis neq; ꝑ malis euitandis. Sermo.19.

Accessit ad

eū Centurio rogans eū.Notanda hec verba Matth.8.c. ⁊ i euangelio hodierno.Promptissim⁹ deus sp est ad liberalitē exhibēdū nobis bñficia sua.q̄ iō sepe nō accipim⁹ qa negligētes sumus ad fiducialit̄ postulandū.Nā q̄ petit accipit:⁊ q̄ q̄rit inuenit:⁊ pulsanti apiet̄.ut dr̄ Luc.xi. Et vtiq; satis clarū est in hystoria sci euāgelij die hodierno recitati in q̄ cōmemorat̄ sanitatis bonū a xp̄o collatū puero Centurionis gallilico ⁊ male batēti.Nō vtiq; xp̄s fecit cōmot⁹ fidelib⁹ p̄cib⁹ Centurionis bumiliter eū deprecātis.Quū āt apud aliquos incredulos ⁊ indeuotos oronis vsus vilis ⁊ inutilis reputat̄:idcirco in pūti sermone de cōmēdatiōe ⁊ laudib⁹ oronis erim⁹ tractaturi:ut sic ois vere penitēs audeat cū Centurione clamare securi⁹ ad dūm ihm xp̄m.Notabim⁹ q̄ tria ꝑ que ꝑncipalit̄ oīdem⁹ vsū oronis cōmēdabilē ee.⁊ i hac vita oib⁹ petēre.

Primū dicit̄ ptrariozū debilitas.
Secundū dicit̄ scōrū dignitas.
Tertiū dicit̄ omniū indigentia.

¶ Confutatio debiliū rōnū q̄s plerisq; adducere solet ad ostendēdū q̄ sit superfluum orare. Capl'm.j.

Primū q̄ oīdit̄ cōmēdabil' vsus oronis dr̄ 3rioz debilitas.Nā q̄ dicūt nō ee orandū neq; ꝑ bonis acqrēdis neq; ꝑ mal' amouēdis assumūt ad defensiōz errozis sui triplicē rōnē.videlz ¶ p⁹ est dine ꝓuidētie ¶ Sz⁹ dine ꝑmanentie.¶ 3⁹ dimine elementie.

¶ Prima rō est dine ꝓuidentie.Dicunt eni q̄ facta nra ⁊ ista oia inferiora nō regūt a ꝓuidētia dei.⁊ ex ꝑsūti pspera ⁊ adūsa bona ⁊ mala ab ipo nō ꝓuenire. Si āt interrogent a q̄ q̄ ista gubnāt.alij rūdebūt q̄ a fato.alij q̄ a fortūa.alij q̄ a nulla ꝓuidētia:ꝛ vniūt sic.Primi dicūt q̄ oia ista q̄ i b mūdo fiūt:⁊ que hoīb⁹ accidūt vniūt a fato.noie fati intelligēdo influētiā celi ⁊ planetarū ꝑm quā asserūt oia regulari. Et h⁹ opinionis fuit Ouidi⁹ q̄ i li. de tristibus dixit. Nō fatū vincē nulla valet.Idē ꝓfirmauit Bessi.i tgedijs.Dic fat̄ agim credite fat̄:q̄cq̄d agit mortale gen⁹ dcit ex alto

Et ꝛe ꝓsolatione ad ꝓaulinū. d. Mutare fata nō possum⁹. stant dura ⁊ inexorabilia. Et Lucanus. li. 5. inqt. ꝓceps agit oia fatū. Hec medij oriūtur morbi vitāq; necēq;. Et Juuenalis li. 3 satyra. i. Seruis regna dabūt captiuis fata trīūphos. Et Tullius li. i. ꝛe diuinatiōe. Fato oia fiunt. Et Quintilian⁹ in ꝛeclamatiōib⁹. Fato viuim⁹ languemus cōualescim⁹ morimur. Medicina q̄d ꝓstat nisi ut vita nemo ꝛesperet? Inde est ꝙ quidā astrologi ingerunt se ad iudicādum ꝛe futuris euentib⁹ hoīum ꝛe vita ⁊ moꝛtib⁹ regū: ō pace ⁊ guerris populoꝝ: ꝛe diuitijs ⁊ pauptate: ꝛe fecunditate ⁊ sterilitate vꝛoꝝ: ꝛe honoꝛibus ⁊ dignitatib⁹ acq̄rendis: ⁊ similib⁹ q̄sti ista oia ꝛependētiā habrāt sicut a cā necessaria: ab influentia planetaꝝ ⁊ celestium coꝛpoꝝ. Et ex hoc ꝓssū est in ꝓuerbiū inter vulgares: ꝙ nō iuuat oꝛare ꝛeū cū iam diffinitū sit: qō vnusq̄sq; aut boni habere aut mali pati habrat. Cōtra quos Aug⁹ li. 5. ꝛe ciui. ꝛei. c. i. sic ait. ꝓoꝛsus diuina ꝓuidētia regna ꝓstituūt humana. q̄ si, ꝓpterea q̄sq; fato tribuit ꝙ ipsam ꝛei voluntatē uel ptātē fati noīe appellat: sniam teneat linguā coꝛrigat. Cur nō hoc ꝓmūm dicit: quod dicturus est cum ab illo quisq; q̄sierit quid direrit fatū? Nam id hoīes q̄n audiūt vsitata loquēdi ꝓsuetudine nō intelligunt nisi vim positionis siderū q̄lis est q̄n q̄s nascit siue ꝓcipit. qō aliq̄ a ꝛei voluntate alienant. aliq; etiā ex illa hec ꝓpendere ꝓfirmāt. Sed illi q̄ sine ꝛei voluntate ꝛe cernere opināt sidera qualis quisq; sit id honoꝝ habream⁹ malorū ue patiamur: ab auctoꝛib⁹ oīuz ꝛepellēdi sūt nō solū eoꝝ qui ꝛrā religionē tenent: sed qui ꝛe oꝛ qualiūscuiq; volūt cē cultoꝛes. Hec ceni opinio quid agit aliud nisi ut nullus oio colat aut rogeť ꝛeus? Et paulo inferi⁹ subdit. Quale ꝛeinde iudiciū ꝛe hoīuz factis ꝛeo relinquit ꝙb⁹ celestis necessitas adhibeť cuz dñs ille sit ⁊ siderū ⁊ hoīuz? hec ille. Si q̄s ꝛero obijceret ꝙ astrologi ꝓsepe ꝛra dicūt: audiat Aug⁹ ꝓfati. li. c. 1. d. Nō imerito creditť cū astrologi multa ꝛra ꝛespōdēt occulto istinctu fieri spūituū nō bonoꝝ quoꝝ cura est falsas ⁊ noꝛias opiniones ꝛe astralibus fatis inserere humanis mentib⁹ atq; firmare. Hō friuola ē mathematicoꝝ sniа qui nos nostroꝝq; successus astris subdē molīūť. Hecū dicerūt oia ista inferioꝛa moueri ad imperiuz foꝛtune ⁊ disponi. Cui Plutarchus. li. ꝛe remedio iꝛe. d. ⁊ inducit Euripidē sic loquētē. Deus magna regit: parua ꝓ hoīe foꝛtune manib⁹ ꝛe relinquit. Hanc foꝛtunā rudes hoīes ⁊ idolatre gentiles ꝛeam quādā cē putauerunt. Alī Lactī. li. 3. Crediderūt inqt populi foꝛtunā quādā ꝛeam esse ꝛes humanas varijs casibus illudentē: quia nesciebāt vnde sibi aut bona aut mala ueniꝛet. Hos tū sic opinātes Aug⁹ li. 4. ꝛe ciui. ꝛei. c. 18. sic ꝛeridet. Foꝛtuna ꝛea putať ⁊ colīť? Certe cōs vos vtriusq; sexus ⁊ si serū habēt nō nisi bonos estimare ꝛelem⁹? Hoc Plato dicit. Ḃ alij pbi. Ḃ excellētes ꝛeipublice populoꝝq; rectores. Quō ḡ ꝛra foꝛtuna aliquādo bona est aliq̄n mala? An foꝛte quando mala est ꝛra nō est: Ḃ in malignū ꝛemonem ꝛepente ꝙuertiť? Hz Arī. li. 2. pbi. dicit foꝛtunā cē cām ꝓ accidēs in agētibus ſm ꝓpositū. Et tūc ut dicit Alo. ī 2. sūme Ꝯ gentiles. Et. d. Hoñ. di. 31. secūdi li. Licz aliq̄d sit casuale uel foꝛtuitū respectu agētis ꝓticularis: utpote ꝓticularis nature ⁊ intellect⁹ creati: nihil tñ est casuale aut foꝛtuituz respectu ꝓuidentie ꝛei: a qua omnia ꝓuisa sūt ⁊ ꝓordinata. Certij ꝓtendūt ꝓuidētiā ꝛei nullā esse circa ista iferioꝛa ⁊ hoīuz facta: Ḃ oia currere sic sine vlla ꝓuidētia regulāte. Qui eroꝛ ꝓnicitosissim⁹ est ⁊ dānať tū rōne: tū auctoꝛitate. Et licz multe rōnes ad Ḃ possent induci: tū dicā eam quā Alo. ꝓmit in. 3. Ꝯ gētiles c. 85. Ait eni sic. Impossibile est ꝙ aliq̄ nō cognoscētia finē openě ꝓpter finem ⁊ ordinate ꝓuemāt in ipsū nisi sint mota ab aliquo habēte finis cognitionem

sed oia corpa nālia mouenē ⁊ opantur ꝓpter finē licꝫ illū nō cognoscant. Ergo oportꝫ ꝙ tota opatio nature ab aliqua cognitione ordinet. Preterea oia q̄ sunt nā distincta in vnū ordinē nō ꝙueniūt nisi ab vno ordināte colligāt in vnum. In vnitate aūt rep̄ sūt res distinctas ⁊ ꝑrias nās habētes que tñ in vnuꝫ ordinē ꝙueniūt. Ergo oportet ꝙ vnus sit vnitatꝭ ordinatoꝛ ⁊ gubernatoꝛ. Sūt ad hoc etiā scripture sacre auctoritates Ait.n.sapiēs Sap̄.14.c. Tu aūt sapia tua gubernas oia. Et Ecclīastes .5. Ne dicas coꝛā angelo tuo nō ē ꝓuidentia Et Matth.6. reprehēdēs xp̄s īmoderatā sollicitudinē coꝝ qui diffidūt gubnari posse a deo. oñdit qualiē ipse ꝓuidentia sua deꝛat trā floꝛib⁹: pascitꝙ aues ⁊ volucres celi. Iō Lactan.li.i.di.īnsti.ꝺ dei ꝓuidentiā negātes sic pulchre loqr̄. Suscepto igr̄ illustrādē ꝓtatis officio nō putaui adeo necessariū ab illa qōne īmitiū sumere que videt ꝓma esse nā sit ne ꝓuidētie que reb⁹ oīb⁹ ꝓsulat an foꝛtuitu uel facta sint oia uel geranť. Cui⁹ sñie auctoꝛ est Democrit⁹ confirmatoꝛ Epicur⁹. quos tñ ceteri phi ac maxime stoici acerrime retulerunt deꝛentes: nec fieri mūdū nec ꝓstare nisi sūma rōne potuisse. Ex ⁊ Marc⁹ Tull⁹ q̄uis acba deꝛmice discipline defensoꝛ eēt de ꝓuidētia gubernatrice rer̄ ⁊ multa ⁊ sepe disseruit: qō facit tū in oīb⁹ phie sue libris: tum maxime in his q̄ sunt de nā deoꝝ. Nec difficile sane fuit paucoꝝ hominū prauā sentientiū redarguere mendacia ceteris phis in hac vna re nō dissidētibus. Nemo enī ē etiā tā rudis tā ferus moꝛibus qui oculos suos i celū tollēs tametsi nesciat cui⁹ ꝓuidentia deī regať ꝺ omne qꝺ cernit nō aliquā tñ eē intelligat ex ipsaꝝ motu magnitudine pulchꝛitudine vtilitate tēpatione nec fieri posse q̄n illud qꝺ mirabili rōne constat ꝓsilio aliquo maioꝛe sit īstructū. ꝺ ille dicimus ḡ ⁊ catholice tenem⁹ ꝙ oia regunť ꝑm ꝓuidētiā dei q̄ bona uel mala boīb⁹ iuste distribuit ꝑm ꝙ iudicat melius ꝓuenire. Secūda ratio q̄re dicūt aliqui nō eē orandū. ē diuine ꝓmanētie dicūt enī ꝙ lꝫ oia fiāt ꝑm diuinā ꝓuidentiā cū ipsa nihil aliud sit q̄ ipse deꝰ: ⁊ deꝰ sit īmutabilis. ꝑm illud Numeri .23. Nō est deus q̄si hō ut mētiať neq; ut filꝰ hominis ut mutet. Et Malachie.3. Ego dñs ⁊ nō mutoꝛ. Et Jac.i. Apud quē nō est trāsmutatio. Et Aug⁹ in.li. de nā boni. Sol⁹ deꝰ īmutabilis ē. Ergo si dispposuit bñfacē boibus indigētibus absq; oꝛone illoꝝ illud implebit. Et si deliberauit mala aliq̄ īmittri. non ꝓpter oꝛones cessabit. Sed ꝺ ūstos ē auctoꝛitas Hiere.18. vbi deꝰ sic loqr̄. Repente loquar aduersū gentē ⁊ aduersū regnū ut eradicē ⁊ destruā ⁊ dispdā illud. Si pniam egerit gēs illa a malo suo: quod locut⁹ sū aduersū eā: agā ⁊ ego pniam sup malo qō cogitaui ut facerem ei. Et subito loquar de gēte ⁊ de regno ut edificem ⁊ plantē illud. Et iterū Ezechiel .33. deꝰ. o. Si dixero iusto q̄ vita viuat ⁊ ꝓfisus in iusticia sua fecerit iniq̄tatē: oēs iusticie eius oblivioni tradenť ⁊ in iniq̄tate sua quā opatus est moriet. Si aūt dixero impio morte moꝛieris ⁊ egerit pniaꝫ a petō suo: vita viuet ⁊ nō moriet. Et ꝺ ē qō dicit .zz.q.4.c. Unus q̄sq; Ipse dñs frequēt suā mutat sniaꝫ Et in.c. incōmutabilis. idē bī. ⁊ de pe. di.i.c. nouit. Nouit deꝰ mutare sniam si tu noueris emēdare delictū. Ex quibus verbis ꝓꝫ q̄ ꝑm q̄ nos mentē nostraꝫ ⁊ voluntaria opa siue in bonū siue i malū dirigim⁹. ita ⁊ ipe sniaꝫ suā aut reuocat ⁊ īmutat aut exequit̄ sine sui imutatiōe Hā ut dicit Arī.8.phi.7.ri.methaphꝫ. Deꝰ ē mouens oia īmobilis. Et Boeth⁹ Stabilisq; manēs das cuncta moueri Iō dicit.d. Boñ. dis.8.ꝑmi li. q̄ oīna eētia ē īmutabilis. Hā nō mutat loco q̄a vbiq; ē. nō tpe: q̄a eētias simul ē. nō forma: q̄a pure act⁹ est. Ab̄ mutatione ꝑm formā tollit simplicitas. ꝑm tēpus tollit eētias. ꝑm locū tollit imensitas. ⁊ iō i deo ē sūma stabilitas: ⁊ inde oīs mot⁹ cālitas. Sine sui itaq; mutatiōe

produxit deus in tẽpore mũdũ: sine sui mutatiõe carnẽ nostrã assumpsit. Sine sui etiã mutatiõe pretentib⁹ 7 orãtib⁹ sua dona largit. Vñ ut inquit Tho.z.z.q. 83. Ex diuina ꝓuidentia nõ solũ dispmit̃ q effectus fiant: sed etiã ex quibus causis 7 q̃ ordine ꝓueniãt. Inter alias eterni cãs sũt etiã quozũdã effectuũ cãe actus humani. Vñ oportet homines agere aliq̃ nõ ut p suos actus dinã dispositionẽ imutent: ꝫ ut actus suos impleãt quosdã effect⁹ ꝑm ordinẽ a deo dispositum. Et idẽ etiã est in naturalib⁹ causis. Vñ neq; qui plantat est aliq̃d neq; q̃ rigat: ꝫ qui incremẽtũ dat deꝰ ut dicit i.c. Cũ nõ sit in homine. extra de decimis. 7 tñ si hõ nõ plantat aut nõ seminat. deꝰ non dat incremẽtũ. Simile ẽ de oratione. Nõ eni ꝓpter ꝫ oram⁹ ut dinã dispositionẽ imutem⁹: ꝫ ut illud ipꝝm⁹ quod deus disposuit mediãtib⁹ oratiõib⁹ nob⁹ donare. ut Gregꝰ.o.i. dial'.li.iꝰ rõ quã assumũt negãtes 7 dãnantes orationis vsũ est diuine clementie. Deus inquiũt clementissimus est 7 literalissimus: ideo cũ noscat oĩa quib⁹ indigem⁹ non opus est oratiõib⁹ ab illo ea pet̃e: quia ut inq̃t Seneca. Nulla res car⁹ emit̃ q̃ q̃ precibus empta est. Ideo sũme literalitati eius nõ cõuenit bñficia ꝑstare rogat⁹. Ad hoc rñdet Aug⁹ ad ꝓbũ. de orãdo deũ. Qz deꝰ multa nobis ex sua literalitate prestat nõ petita. Ex q̃ aliqua vult prestare nobis petentibus hoc est ꝓpter nostrã vtilitatẽ ut. s. fiduciã quãdaz capiam⁹ recurrẽdi ad deũ 7 ut recognoscamus eũ esse bonoꝝ nostroꝝ actorẽ. Et sic interimũt̃ eis obiectiões suprãdicte quib⁹ oronis vsus impugnabat̃. q̃a rebiles sũt 7 nulli⁹ roboris aut momenti.

Qz vsus oronis ꝓmẽdat auctoritate 7 exemplo scoꝝ veteꝝ 7 noui testamenti 7 ꝑcipue dñi nr̃i Jhesu xpi. Capm̃. z.

Secundum quo cõmendabilis oratiõis vsus dicit̃ est sanctoꝝ dignitas. Qes eteni sancti ꝗbo pariẽ 7 exemplo orare nos docuerunt. Vñ Dauid in ps. xi. orationẽ ꝓmẽdas ait. Subdit⁹ esto dño 7 ora eũ. Et ps. v. Dñe ad te orabo dñe mane exaudies voce meam. Et ps. xxxiii. Exquisiui dñm 7 exaudiuit me: 7 ex omnib⁹ tribulatiõib⁹ meis eripuit me. Et sapiens Eccl'. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Et Abdie. i. Bona ẽ ora cũ ieiunio. Et Jere. xxxiii. Clama ad me 7 ego exaudiã te. d. dñs. Et. i. Pet̃. v. Qes vnanimes i orõne estote. Et Jac'. v. Orate ꝓ inicẽ ut saluemi. Et doctor gentiũ Paulus Rom. xv. Spe gaudentes in tribulatione patiẽtes oratiõi instantes. Et. i. Cor'. 7 Vacetis orationi. Et phil'. iiii. Nihil solliciti sitis: sed in oi oratiõe 7 obsecratiõe cũ gratiarũ actiõe petitiões vestre innotescant apud deũ. Et Col'. iiii. Orationi instate vigilãtes in ea. Et. i. Thi. z. Volo viros orare in oi loco leuantes puras manꝰ. Et. i. Thessa. v. Sine intermissione orate. Et xps in euangelio Luc'. xi. Petite 7 accipietis. q. 7 in. p. 7 ap. vob. Et Luc'. xviii. Oportet semp orare 7 non vreficere. Et Luc'. xxi. Et Math'. xxvi. Vigilate 7 orate ne intretis i tẽptatiõz Et Math'. xxiiii. Orate ne fiat fuga vestra byeme uel sabbato. Et Marci. xiii. Videte vigilate 7 orate. Et qñ vocuerũt sancti verbis opere compleuerunt atq; orando amplissima dei munera ipetrauerunt. Vñ Gen'. xxv. Isaac deprecat⁹ est deũ pro vxore sua Rebecca eo q̃ eet sterilis. qui exaudiuit eũ: 7 vdit Rebecce conceptũ. Et Exo. viii. ix. x. Orauit Moyses pro amotione plagarum ab egypto 7 exaudit⁹ est. licz illi mali eẽnt. Et Exo. xvii. In bello quod habuerunt filij isrl' contra Amalechitas plus fecit Moyses orando q̃ Josue pugnando. Et Exo. xxxii. Post adorationem vituli qñ videbat̃ dñs velle delere populum: Moyses per oronis instantiã obtinuit veniam. Et Numeri xi. Per orationem Moysi absortus est ignis qui deuorabat castra murmurantiũ. Et Numeri xii. Per orationem Moysi curata est Maria a lepra. Et Numeri. xi. q̃ oratione etiam Moysi literatus ẽ ꝓpul⁹

a serpentibus. Et.i. Reg.i. Anna que sterilis erat orauit dominū ⁊ concepit ⁊ peperit filium ⁊ vocauit nomen eius Samuel eo q̄ a domino postulasset eū Et.i. Reg.i. Orante Samuele filij isr̄ rebellarunt philisteos. Et Thobie.v. Raphael angelus monuit Thobiam iuniorem ne demones haberet ptestatem in eū ut oraret. Et Judith.4. Tempore psecutionis Holofernis filij isr̄ hel orabant deum ut visitaret populum suum. Et Judith.xiij. Armis orationis munita illa mulier vidua caput amputauit Holoferni. Et Ysaie.38. Orantez eū lachrymis Eçechiam exaudiuit de⁹ ⁊ addidit diebus eius annos.xv. ⁊ Danielis.xiij. Susanna per orationem liberata est a criminatione falsa ⁊ damnatione mortis. ⁊ Jone. ij. De ventre piscis per orationem ad littus maris adductus est Jonas. Et.i. Machabeoꝝ xi. Videns Jonathas q̄ omnes exceptis paucis dereliquerunt eum pugnātem contra alienigenas: scidit vestimēta sua ⁊ rogauit dominū ⁊ postea misericordiam obtinuit ⁊ victoriam. Et.ij Machabeoꝝ.iij. Onias summus pōtifex orauit ꝑ Heliodoro diuina virtute grauiter flagellato eo q̄ voluerat erarium expoliare. Deus autē illi vitā donauit. Quid referā de orationibus apostolorum aliorumq̄ sanctorum q̄ orando tot mira fecerūt? Sed omnibus dimissis breuitatis causa ad xp̄m est deueniendum. De ipso siquidē dr̄ Matth. ꝑ. Abijt in desertū locum ibiq̄ orabat. ⁊ Luc.v. Erat pnoctans in oratione dei. ⁊ Luc.x. Facta ē dum oraret ihēs eius altera. ⁊ Luc.xj. ⁊ Matth.xvj. legitur ad patrē orasse. Et ad Hebr̄.v. de ipso dicitur. Cum clamore valido⁊ lachrymis exaudit⁹ est ꝓ sua reuerētia. ℣ Ex circa hoc nōnulli dubitāt cur xp̄s oravit: cum Aug⁹ dicat li. de corrreptiōe ⁊ grā. Nemo querit ab alio qđ per se pōt. sed xp̄us oia poterat p se. ergo nihil debebat ab alio petere nec orare. Ad hoc rñdet. d. Bona. di. xj. tertij li. q̄ decens fuit ⁊ conueniens orare xp̄m propē tria. ℣ ꝑ. ꝓpter meritum. ℣ 2° propter exemplū ℣ 3° propter argumentum. ℣ Primo ꝓpter meritum. quia sua petitiōe ⁊ postulatione merebatur nobis qui min⁹ idonei eramus ad susceptionē beneficiorū dei. ℣ 2° orauit propter exemplum. ſ. ut in seipso inuitaret nos ad orationis studium. in cuius exercitio maxime supar aduersari⁹. ℣ 3° orauit ꝓpter argumentum. ut ostenderet se esse verū dominem ⁊ vere a deo missū. Petere ḡ ⁊ orare cōpetit xp̄o ꝑm naturam assumptā. Et sic soluit quod dicebat in ꝓtrariū. Cōcludenda est ḡ hec secunda pars principal⁹ nostri sermonis in qua probatū est per exēpla ⁊ auctoritates sanctoꝝ q̄ oēs exercitū apprime est cōmendabile. ℣ Re omnes indigēt auxilio dei ad acquirendam beatitudinem ad vitanda pericula ⁊ ad bona tpalia impetranda.

Tertiū quo ostendemus ad orationē omnes obligari dicitur indigentia Omnes etenī cuiuscūq̄ stat⁹ gradus ⁊ conditionis existant egent a deo adiuuari maxime q̄tū ad tria. ℣ ꝑ q̄tum ad beatitudinem acquirendā. ℣ 2°. q̄tū ad pericula vitanda. ℣ 3°. q̄tū ad tēporalia bona impetranda. ℣ Primo indigēt cēs a deo adiuuari q̄tum ad beatitudinem acquirendam eo q̄ nullus illā viribus ꝓprijs aut virtute valet adipisci. Ideo vnusquisq̄ orare debet cum Petro. d. Domine salua nos. quia ut inquit psal. Grāz ⁊ gloriā dabit dñs. ℣ 2°. indigēt cēs a deo adiuuari ꝓpter pericula euitanda quibus fragilis nostra conditio subiecta est. Et de his sic eleganter loq̄t Aug⁹ xx. li. de ci. dei. c. xx. Ex preter pueriles penas sine quibus disci non pōt qō maiores volūt: qui vir aliq̄d vtile voluit: quot ⁊ quantis penis gen⁹ agitet hūanū que nō ad malicia neq̄tiaq̄ inquor: ꝑ ad cognitiōez ptinēt miseriaq̄ cēm quis vllo sermone digerit? Quis vlla cogitatiē cōprehēdit q̄tus ē met⁹ quanta calamitas ab orbitantib⁹ atq̄

lucta a damnis ⁊ a dānationib⁹ ⁊ vere ptionibus ⁊ mēdacijs hoiuz a suspicionibus falsis: ab oibus violentijs facinozibus ⁊ sceleribus alienis: qñquidē ab eis ⁊ dānatio ⁊ captiuitas ⁊ vincula ⁊ carceres: ⁊ exilia ⁊ cruciat⁹ ⁊ ãputatio mẽbrozũ: ⁊ ꝓuatio sensuũ: ⁊ oppressio corpis ad obscenã libidinẽ opprimẽtis explendã: ⁊ alia multa horrẽda sepe ꝓtingũt? Quid ab inumeris casib⁹ qui forinsec⁹ corpi formidãt estib⁹ ⁊ frigoribus: tẽpestatib⁹ imbrib⁹ illuuionib⁹ corruscatione tonitruũ grãdine fulmie motibus biatibusq; frarũ oppressiõib⁹ ruinarũ: ab offensiõibus ⁊ pauore: uel etiã malicia iumẽtoꝝ a tot venenis fructuũ aquarũ auraꝝ bestiarũq; ac ferarꝝ nõ tñmõ molestijs: ẽ etiã mortifer] morsibus a rabie que ꝓgit a rabido cane: ut etiã a blanda ⁊ amica suo dño bestia nõnũq; vehementi⁹ ⁊ amari⁹: qñ leones draconesq; metuat: faciatq; hoiem quẽ ꝓtaminauerit ꝓtagione pestifera: ita rabiosũ ut a parentib⁹ filijs ⁊ ꝓiuge pri⁹ oi bestia formidet? Que mala patiũtur nauigãtes? Que ẽrena itinera gradiẽtes? Quis ambulat vbicũq; nõ inopinatis subiacẽs casib⁹? De foro qdã domũ redies samſ pedib⁹ suis cecidit pdẽ fregit: ⁊ ex illo vulnere finiuit hãc vitã Quid videt sedente securi⁹? De sella in q̃ sedebat Hely sacerdos cecidit ⁊ mortuus est. Agricole imo ꝙo oẽs hoies q̃t ⁊ quãtos a celo ⁊ terra uel a piculosis aialib⁹ casus metuũt agrozũ fructib⁹? Solẽt tñ de frumẽtis tandẽ collectis ⁊ reconditis esse securi. Sed qbusdã qñ nouim⁹ ꝓuentũ optimũ frumẽtoꝝ fluuius improuisus fugientib⁹ hoib⁹: de horreis eiecit atq; abstulit. Cõtra mille formes demonũ incursus qs in inocẽtia sua fidit? Qñquidẽ etiã puulos baptizatos qbus certe nihil ẽ inocentius aliqñ sic verant ut in eis marie deo ista sinente monstret huj⁹ vite flenda calamitas ⁊ alterius desideranda felicitas. Jam ꝙo de ipso corpe tot exeũt mozborum mala: ut nec libris medicoꝝ cũcta cõprehẽsa sint: in quoꝝ plurib⁹ ac pene oibus ⁊ adiumẽta ipsa ⁊ medicamenta tormenta sũt: ut hoies a pnaruꝝ exitio pnali eruanť auxilio. Et licz ī prefata auctoritate multa dixerit Aug⁹ ꝓpter que nullus viuẽ secur⁹ vlet nisi q̃ ꝓfidit in deo. Nos tñ dieb⁹ nris tãta vidimus euenisse q̃ merito fatuus reputari posset q̃ p oões ad dñi auxiliũ nõ cõfugit. Tempore nãq; iubilei anno dñi 1450. regnãte Nicolao quinto põtifice maximo hora 23. cũ ingens multitudo pplꝰ eunť ⁊ redeunť congregata eẽt apud pontẽ sub castro sci angeli adeo inẽ sese exñtes ibi cõpressi sũt ut illis exceptis q̃ in flumie cadẽtes submersi sũt ducẽtoꝝ ⁊ septẽ hoiuz suffocatozũ ī ponte dicto corpora sunt inuẽta. Ape Alfonsi regi arragonie ⁊ vtriusq; sicilie ex nocturno ⁊ repentino ẽre motu in ciuitate Neapolitana aliisq; ciuitatib⁹ regni ⁊ terris ruentibus ex improuiso domib⁹ ⁊ edificijs multa milia hoiuz piere. Anno dñi 1465. in dominica de passiõe in ciuitate Venetiarũ preter morẽ in lacunis illis nauicule plurime submerse sũt: mlꝰq; vtriusq; sexus pariẽ naufragiũ passis. Noui ⁊ ego epm Brixiẽ. q̃ morsu caniculi sui quẽ in camera tenebat post 40. dies in rabiẽ ihesus extinct⁹ ẽ. Noui ego nõ vnuz sed plures quos fulgur de celo demẽs ex improuiso vita ꝓuauit. Vidi tot ⁊ tãta picula q̃ si illa enumerare vellem longissima, pfecto temporũ spacia occuparẽ. O vita labilis. o vita inumerabilibus periculis circũdata. o vita misera ⁊ laboriosa ī qua null⁹ securus esse pot: nõ ꝓpter diuitias: nõ ꝓpter celsitudinẽ gradus: nõ ꝓpẽ amicoꝝ copiam: nõ ꝓpter acutã prudẽtiã. Ideo b vnũ nobis vlet esse singulare refugiuz ut oãtes recurramus ad deũ. Jo. in digent hoies a deo adiuuari q̃tũ ad hona tpalia impetrãda: que etsi tanq̃ ꝓncipalia pretenda nõ sint. ut Aug⁹ inquit ad Probã. postulari tñ possũt tãq̃ qdã adminicula quib⁹ adiuuamur ad tendendũ ad beitudinẽ inq̃tũ. s. per ea vita

corpalis sustentak: & incptū nobis orga
nice ꝛeseruiūt ad actus virtutū. ut etiā
phs. d. in p̄ethicoꝝ. Cēturio eteni ora
uit, p sanitate pueri. & exaudit⁹ est. Ac
cedamus ergo & nos cuꝫ ipso orantes
deū omnipotentē & oronib⁹ insistentes
ut dignek nobis salutez aie: ꝛeinde si ei
placuerit & corpis imparti p̄cedēs hic
gratiā suā & in futuro gloriā. Amen.

Feria sexta p⁹ die cinerū. de p̄ditioni
bus que requirūt i oronibus ut debito
modo fiant. Sermo. xo.

Rate. Cler

ba sē dñi nr̄i ihu xpi
i euāgelio hodierno
Matthei .v.c. Puto
mltos ex his q audi
erūt cōsideraueruntq
diligenter ea que diximus i sermē p̄ce
denti iā deliberasse de cetero feruen
tius solito oroni vacare. Hꝫ scire vellēt
qualiter orandū est ut oro ipsoꝝ nō sit
inanis & infructuosa. Ea ꝓpter hodierna
die de modo oronis aliq̄ & quidē ne
cessaria declarare curabo. Haꝫ audim⁹
xp̄m saluatorē in ꝑbis introitate alle
gatis ad oronē nos exhortantez. Ut ꝑ
voci ei⁹ ꝓmptioꝝ aio vnusq̄sq̄ pareat
& obediat: triplicem modū in oratione
obseruandū ostendemus.
Primus modus dicit expressionis.
Secundus modus dicit attentionis.
Tertius modus dicit ordinationis.
Qualiter in oronе necessaria est vocal
expressio ut in plurib⁹. & quare nō suffi
cit orare tm̄ mentaliter. Capl̄m. j.

Primus modus qui seruand⁹ ē
in oronе dicit expressionis. qa
velit orans exp̄mere voce quod
gerit in corde. Sm illud ps. Voce mea
ad dñm cla. voce m. ad. d. ꝛeq̄ak sum.
Effundo in cōspectu ei⁹ oronē meam &
tribulationē meā ante ipsū. pnūcio. Et
Matth. vi. Xp̄s vocit orātes voce dicē
Pater nr̄. &c. Et ad inflāmandū fidelīū
corda que rerū varietate satis mouent
sca ecclia vltra oronē dñicā: hymnos:
ps. & alias dīnas laudes in officijs in
quibus oratur deus statuit decantari.
Sed ꝙ hoc argui pōt q oro nō debet esse
verbo aut voce expressa. Sūt ad h̄ au
ctoritates scōꝝ doctoꝝ. Dñ Ambrosi⁹
li. de sacris. Dñs oras inqt noli verbis
clamare. Et glo. Matth. vi. In fide in
teriori orak de⁹ nō strepitu labiorū: sed
deuotione ꝑtutū. Et Isidorus li. de sūmo
bono. Oro cordis est nō labiorum.
Nō enī ꝑba deprecantis de⁹ attendit: ꝫ
orantis cor inspicit. Et Aug⁹ in li. de
sermē dñi in monte. Clos aūt cū oraꝫ
introite i tabernacula vra. que sūt ipsa
corda. Et iterū ibidē ait. Claudendū ē
hostiū. i. corpali sensui resistēdū ut oro
spūalis dirigak ad patrē que fit i hym
nis cordis vbi pak orak in abscondito.
Et iterū ibi. Agē velem⁹ apud deū: nō
ꝑbis: sed reb⁹ quas aio gerimus cū de
uotē pura & simplici affectu. Et Aug⁹
ad Probū. Multū loq̄ in orādo ē rem
necessariā supfluis agē ꝑbis. Et Greg⁹
Cleraciē orare est amaros in cōpūctiē
gemit⁹ nō cōpsita ꝑba resonare. Ergo
sm tantoꝝ doctoꝝ documēta nō videk i
oronе vox fore necia. Ꝟident ad hanc
difficultatē tollendā Alex. de ales i. 4.
volumine summe. & Ric. in. 4. dis. xi. &
Duo. z. z. q. 83. q duplex ē oro. Prima
est cois que. s. fieri dz p ministros eccle
sie in psona totius pplī q ad horas dicē
das obligant. ut in. c. pl̄br. de cele. miss.
Et talis oro dz intoleste pl̄o. p q offerē
ut excitek ad deuotionē. Hō clerici qui
obligant ex statuto eccl̄ie & religiosi q
tenēt ex voto regle aut statutoꝝ vigore
dicere horas debēt illas voce exprimere
& si q̄s ꝓtingat ut extra chorū p se illas
psoluāt: tā alte debēt ꝑba ꝓferre ut ipsi
saltē intelligāt qd̄ loquūt. Et in. c. volē
tes. reprehēdunt illi qui sincopiçando
& sine deuotione diuinū officiū celebrāt
Secūda est oro singularis. s. q offerē
ab hoie inchoatū est singularis psona: siue
oret, p se siue pro alio. Et quis non sit

necessariū talē oronē esse sensibili voce: tñ vox ei adiungit triplici rōe. P rōne mouotiōis excitāde. 2°. rōne reuerētie exhibēde. 3°. rōne affectiōis explicāde. P rōne mouotiōis excitāde. ut. s. p vocē q̄ vbox sonū cor excitet ad deū magis timendū colendū obligēdū siue desiderādum. Ex quadā enī nāli vnione aie ad corpus motus corpis diuersimode aie affectiones excitāt. & affectiēs aie maxime si sint fortes diuersas mutationes faciūt i corpe. Ho cū q̄q; & q̄ sepe pungat q̄ orare volētes: & ꝓpter ponderā carnis: & ꝓpter occupatiōes seculi: & ꝓpter diaboli temptamēta mentē batrant aridā insipidā debilē & de deo parū cogitantē aut certe nihil adiungēda est talū oratioui vox uiua in q̄ noiat magn⁹ & excelsus bon⁹ pius clemens misericors & b⁹. ut p talē ꝓlationē euigilēt q̄si sens⁹ interiores. Idē dico de genuflexionib⁹ de ꝓstratiōe ad terrā de tunsiōib⁹ ꝓctoris. & similib⁹. Hō indiget his qui oīuz corda scrutat & videt: q̄ ideo fiūt ut per tales mot⁹ gestusq; corpis torpor mentis excitet: & mens magis inflāmata efficatius p oronē vniat deo. 2°. adiungit vox oroni rōne reuerētie exhibēde. ut. i. deo reuerētiā ipendam⁹ nō tñ corde: q̄ etiā lingua. qm̄ ut ait Io. dama. in. 4. li. ca ex duplici nā cōpositi sum⁹ intellectuali. s. & sensuali duplicē honorē debemus deo offerre. s. spūalē & corpalē. Si tñ in casu adeo q̄s esset in ꝓtēplatione pfectus q̄ vocalis oratio remitteret interiorē feruorē: tunc non esset vocaliter orandū oratice singulari. 3°. adiungit vox oroni rōe affectiōis explicāde. Hā ex abūdātia cordis os loqt̄. ut dicitur Math. 12. Quāq; ita feruet interi⁹ aīa itaq; inflāmat in dei amore aut humiliat i ei⁹ timore aut obligat in ei⁹ recordatione bñficioꝝ q̄ q̄si vim patiens in verba. prūpere cogit. Sicut legit de bto Francisco quē semel audiuit btūs frat Leo eius soci⁹ & pfessor p longū spaciū in oratione eleuatū a fra clamantem & dicentē. Quis es tu & qui sum ego? Et dū hec eadē verba sepi⁹ replicaret suspirabat lugebat: & tot⁹ videbat liquefact⁹ amore. Hā ut ipse postea interrogāti eū fratri Leoni ꝓdicto q̄ eū exploraverat retulit ꝓdicta & ideo sic dixisse: q̄m i corde suo tā ꝓfunda & ꝓfabat sui cognitio sue. s. quitatis & dei magnitudinis a q̄ ipse pauul⁹ & minūm⁹ tā copiosa bñficia susceperat spabatq; se vberioza susceperū q̄ ex vehementia animi cū admiratiōe deū cōpellebat laudare & bñdicē dicēdo sibi. Quis es tu deus meus qui nullo indiges in q̄ est oē bonū. & q̄ sum ego q̄ nihil boni habeo nec habē possū nisi tu de⁹ meus dederis? q̄s es tu qui teipsū etiā mihi dare. pmittis? Et multa alia bulliebāt i corde ei⁹. ꝓpter q̄ verba predicta ingemiscebat. Similit. d. Bernardus. Ber. miles & doctor de assisio qui fuit ꝓm⁹ quem sanctus Francisc⁹ trahit ad ꝓpm anteq̄ mūdū reliq̄sset iuitasset q; quadā sero in domo sua pauperē Francisc⁹ cū in ꝓma vigilia noctis obseruasset eum q̄d faciebat. audiuit eū in oronē posituz cū suspiriis & lacrymis sepi⁹ replicāte deo meus & oia. de⁹ me⁹ & oia. In q̄bus verbis ut ipse postea declarauit domino Ber. pfūdissime ꝓtēplabat excessū maiestatis dine & infinitā bontatē sūmi dei. Ex in oronē necessaria ē attento ꝑm vim ꝓme intentiōis. & q̄liē hoc mō oro est fructuosa. z nō sit per oīa attenta.

Secūd⁹ mod⁹ q̄ seruā. Cap. 2. dus est i oronē dicit attentiōis debet nāq; oro quantū fieri pōt esse attenta. qm̄ ut. d. Hiero. & ponit de ꝑse. di. 5. c. Hō mediocrit. Hō verbis tñ q̄ corde orād⁹ est de⁹. Qua ꝓpter melior est q̄q; psalmoꝝ decantatio cū cordis puritate ac serenitate & spūali hilaritate q̄ psalteriū modulatio cum anxietate cordis atq; tristicia. Et ad hoc facit. c. nūq̄. de ꝑse. dis. 5. & c. q̄si. de ꝑse. di. i. Et ad idē sunt apli ꝓba. i. Cor. 14. dicentis Nam si orem lingua spūs me⁹ orat: mens aūt mea sine fructu ē. Quid g̃ ē? Orabo spū orabo & mēte. Hz satis durū q̄ videt q̄si etiā & sci viri orantes mentis

euagationē patiunt̄. ꝓm illud ꝑs. Cor meū reliquit me. Quō ḡ qui imꝑfecti sunt poterūt orando sp̄ esse attenti? Et si oro sine attētiē infructuosa ē. qs poterit orādo mereri? Ydcirco ad ꝟ clare itelligēdū tria sūt notāda. ꝓm Ric. Lyo & Alex. vbi s. Primo nōndū q si adsit intētio vbita & actualis in principio oronis vocalis q̄uis postea nō cōcomitet: tñ oro vocalis ē meritoria & impetratiua p virtutē p̄me intētiōis nisi interrūpat̄ postea p intētiē ꝓtrariā. sicut cū aliqs ex bona intetiē incipit ꝑegrinari uel elemosynā dare. totus act⁹ sequens meritor⁹ ē virtute p̄me intētiōis q̄uis cesset sua intētio actualis. Secūdū notādū q triplex ē oronis effect⁹. ꝑm⁹ merendi. & ad hunc effectū nō ex necessitate requirit̄ q attētio adsit orationi p totū: sed vis p̄me intētionis sufficit ut dictū est. Secund⁹ effect⁹ ē impetrādi. & ad hunc etiā sufficit intētio ut i ꝓmo. Tertⁱ⁹ effectus ē spūaliter ꝛelectandi: inq̄tū orās spūali ꝛelectat̄ cōtēplatiē rei. & ad talē effectū necessaria ē attētio & q̄to maior est tāto maiorē ꝛelectationē & spūalē gustū sentit ille qui orat. Si tñ aliqs hoc gustu bona intentione orās eo q nō esset attentus etiā contra volūtatē suā gauderet. non ꝓpterea tāq̄ infructuosas orōnē relinquere ꝛebet. q̄m rarissimi sunt q̄ orādo sp̄ possint mētē attentā habē. Ꝟō dicit in legenda sci. Bern̄. q ḡdā vicē cum ipse eq̄tans i itinere cuidā rustico obuiasset: mā sic se offerente ꝛe cordis instabilitate i oronē Bern̄. cōquestus est. Quod rusticꝰ audiens mox eum ꝛeꝑrit & in orationibꝰ suis cor fixum & stabile dixit se habere. Volens aūt Bern̄. eū q̄incere & a sua temeritate cohercere dixit. Sequestrare parūꝑ a nobis & tota qua poterꝭ attentione orationē d̄nicā inchoato. quam si sine aliqua cordis euagatione finiri poteris equum cui insedeo ꝓculdubio tibi dabo. Tu aūt mihi in fide tua sp̄deas q si aliquid ibidē cogitaueris: hoc aliquatenus nō mihi celabis. Letat̄ ille & tanq̄ se lucratū iam reputans audaci⁹ secessit. Et seipsum recolligens oronem d̄nicā dicere ichoauit: vir aūt orationis expleuit dimidiū: & ecce importuna cogitatio ꝛe sella cordi suo se ingerit vtrū habere eam ꝛeat cū iumēto. Quod ille aduertens concitus ad Bern̄. rediit: & q̄d in ipsa oratione sollicite cogitauerit idicauit: & ꝛe se ut pri⁹ temere nō p̄sumꝑsit. Tertiū notandū q triplex ē attentio que oroni vocali pōt adhiberi. Una quidē q̄ attendit̄ ad ꝛba ne quis in eis erret. Secūda q̄ attendit̄ ad sensū ꝛborꝫ. Tertia qua attendit̄ ad finem oronis. s. ad rē & ad rē ꝓpter quā orat que est maxime necessaria. & hāc habē possūt etiā idiote. Quicūq; ḡ ad orōnē accedit ea intētiē ut bonoꝛet ꝛeꝝ seq; orādo sibi subiiciat & cōmendet. si ꝛolēs & male ꝓtent⁹ mētē patiē vagationē nō pdit oronis fructū q̄tū ad effectū meriti ipetratōis. Iꝝ ꝓuē effectu ꝛelectatōis Ydcirco ꝛeponēdi sūt scrupulis extremitates ꝓscie q̄b⁹ nōnulli diabolo istigante ꝛeuicti ab oratione ꝛesistūt cristimātes eo q attenti nō sūt i vanū oroni vacare Qde ordine in orone seruando. & q̄lit̄ possum⁹ rogare scōs tāq̄ intercessores & aduocatos nostros. Capl'm. 3.

Tertius mod⁹ in orone seruandus dicitur ordinatōis. Debet oro esse ordinata ut orās ītēdat ipetrare a ꝛeo omne donū q̄ postulat: qa ut inquit ꝑs. Gratiā & gloriā dabit dns. Sanctis ꝙ ꝑces sunt ꝓsequēde tāq̄ intercessorib⁹ & aduocatis nostris apud ꝛeū. Nam ut inquit Hosi. di. 45. q̄rti li. Deus instituit & voluit q̄ scōs rogarem⁹ triplici ex cā. ꝟ p⁹. ꝓpter nostram inopiam. ꝟ 2⁹. ꝓpter ꝛei ꝛeuerentiam. ꝟ 3⁹. ꝓpter sanctoꝝ gloriā. Prima propter nostrā inopiam: siue in cōtēplando siue in amādo siue i merēdo. Sum⁹ inopes i ꝓtēplando sūmā lucē q̄ ipse ꝛe ē. Sumus inopes i amādo qa miser hō magis q̄ scit se affectū ad vnū scm̄ q̄ ad ipsū ꝛeū. Sumus inopes in merēdo eo q exigua sunt & parua merita nostra.

Ideo ꝛeus voluit nos rogare scōs ut in ipsis eū ꝓtemplemur. ut p ipsos fiduciā habeamus ⁊ p eoꝝ merita indigentiam nr̄am supleamus. ¶ Secūda cā est, ppē ꝛei reuerentiā. ut hō petōr ad ꝛeū quasi ꝑ reuerētia nō audens ꝓfugere implo-ret auxiliū amicoꝝ eius. ¶ Tertia cā ē ꝑpter scōꝝ gloriā. ut ipse ꝛeus glorificet i scis suis quoꝝ amore ꝛeuoti eoꝝ grās dona ⁊ būficia plurima dignat cōferre Recp audiendi fūt illi q̄ dicūt supfluuz esse ad scōs p oīones ꝓfugere qū ecclia scis oīones ꝓrrigē ꝓsecuit. Quinimo quottidie expumur quantuz ꝑdest nob ꝛeu otionē scis ꝛei exhibere. ꝛe quib⁹ dr in ps. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi. Hijs nāq scoꝝ pcibus ⁊ pcipue ꝟginis gl̄iose liberati sūt multi a periculis maris Alij ab vlceribus ⁊ egritudinibus ꝛe-spatissimis sanati. Alij a diaboli tēpta-tionibus ꝛenit⁹ mundati. Alij ab infa-mijs ⁊ criminibus falsis plene purgati Alij a varijs diuersisq tribulationib⁹ ⁊ angustijs ad quietē ⁊ tranquillitatē pducti. Narrētur̄ ista q̄ expti sunt. Dicant ꝛeuoti sci Nicolai. sci Francisci. sancti Antonij. sci Bernardini. sci Petri mr̄is ⁊ alioꝝ scōꝝ quid acceperunt quid obti-nuerunt illos inuocando. Clamēt pijs-sime virginis fideles ꝛeuoti ḡt munera ꝛei ad inuocationē nois Marie abun-danter ipetrauerūt. De qua Bern̄. ait. In periculis in angustijs Mariā cogita Mariā inuoca. Ergo sim⁹ ꝓmpti ⁊ fi-ducialiter orando inuocemus sanctos quoꝝ ꝓcinio obtinere poterimus hic gr̄am ⁊ i futuro gloriā in q̄ viuit ⁊ ꝛe-gnat trinus ⁊ vn⁹ p infinita scl̄a scl̄oꝝ. Amen.

¶ Sabbato p⁹ die cineruz. de impedi-mentis ꝓrarijs oīoni, ꝑpter que orātes nō exaudiuntur. Sermo. xi.

Erat enim ventus ꝓrarius eis. Scribūtur hec verba Marci. vi. c. ⁊ in euāgelio hodierno. Con-querūt plurimi ⁊ qui-rem absq vlla rōne q̄ in suis oīonib⁹ nō exaudiūt a ꝛeo: nec impetrāt orādo quod volunt. Sed non intelligūt q̄ ut Aug⁹ inqt. in. q. i. c. hec ime. Būfacere ꝛeus semp est ꝓmpt⁹: ꝑ hoiuz malicia ꝓhibet. Cessante ḡ ex pte hoiuz defectu nō est coꝛrepta ad vandū man⁹ oipotēt̄ ꝛei lib. alissima. Querit nāq ipse ut sua būficia eroget mētes nr̄as bñ dispositas Hñ naufragiū timētib⁹ discipul⁹ in na-uicula ꝓstitut̄: sicut in euāgelio hodier-no legit xp̄s dixit. Cōfidite Ego, ꝑter ea ūminebat eis piculū ⁊ cōtrariebāt venti ḋa erat coꝛ eoꝝ obcecatū: nec ut ꝛe-bat ꝓfidebāt in ꝟtute magistri sui. Sic ⁊ orāt⁹ eueniꝛe solet q̄ q̄nq nō exau-diunt: q̄m nō orāt cum ea spe ⁊ fiducia quā babē dēbēt i benignissimo ꝛeo. Ne-rūtn ut magis q̄tet⁹ anim⁹ eoꝝ q̄ volēt q̄ eoꝝ pces ꝛe⁹ nō iplet: in pñti sermōe de impedimētis oīonis erimus tractaturi videbimus q̄s q̄lia sint impedimenta que ꝓtrariant orantib⁹ ne exaudiant: sicut venti ꝓtrariebant in mari discipulis. ⁊ notabūn⁹ tria principalia impedimēta.

Primū dicit iniustitia.
Secundū dicit iniqtas.
Tertiū dicit impatientia.

Quare ꝑpter iniusticiam uel orantis uel oīonis uel eoꝝ p quib⁹ orat q̄nq ꝛeus oīones nō exaudit. Cap̄lm. j.

Primū impedimētū ḡre multo-tiens ꝛeus nō exaudit orantes dicit iusticia. que triplex ee pōt Prima est ex pte orātis. Secūda ex pte oīonis. Tertia ex pte eius, p quo orat. Prima iustitia ē ex parte orātis: q̄n orans adeo est iustus ut exaudiri non mereat. Hz p clariozi noticia queritur vtrū petōres impetrēt aliq̄d a ꝛeo suis oīonibus. Et arguit q̄ nō ex ꝟbis scri-pture. Scribit nāq Ysaie. i. Cū extēde-ritis man⁹ vestras auertā oculos meos a vobis. ⁊ cū multiplicaueritis oīones nō exaudiā. man⁹ eni vre sanguine ple-ne sūt. Et Ysa. 59. Ecce nō ē abbreuia-ta manus dñi ut saluare nequeat neq aggrauata est auris ei⁹ ut nō exaudiat

Secundū mysteriū declaranduz de sacramento eukaristie dicit figurationis. Fuit nāq; ꝑgruū hoc sacramentū prefigurari sm Alex. 7 Boñ. in. 4. di. 8. propter tria. Primo propter dignitatē: quia predicandum 7 expectādū erat sic dignū rei excellentissimū. ideo figure hui⁹ sacramenti preire debuerūt in quibus refulceret expectatio fideliū: 7 dignitas huius sacramēti famosior ostenderet. Unde figurarum pmissio non fuit aliud q; fame eius diuulgatio. Secūda ratio est propter difficultatē. Inter cetā eni sacramēta hoc est difficillimū ad credendū. imo inter cetā credibilia. ideo hoies debuerūt ad hoc assuefieri quadaz figurarū manuductione. Tertia ratio fuit ppter significationē: quia hoc sacramēto xps passus significatur 7 continetur. Congruebat autē xpm passum aliqua figura presignari. Similit autē 7 hoc sacramētū quo significat 7 continetur. Processerūt autē nō vna sed plures figure. quia sic dicit Aug⁹ in. 4. de trini. Oportebat quia p multa eramus a deo decisi q; multa vitam venturā conclamarent s. xpm. Et scōm Alex. licz res pfigurata tantis figuris sit vna sm substantiā. tñ illius sunt multi effectus 7 multe proprietates siue conditiōes: quaruz multiplicitatē respiciūt ipse figure diuerse. Magister ẏo sen. dimissis aliis figuris que assignari possent. tñ quattuor enumerat. sacrificiū scilicz Melchisedech: agnum paschalem. manna: 7 sanguinez qui fluxit de latere xpi. Que figure sufficienter enumerant duplici rōne. Prima est respectus siue relatio figurarum ad legem nature mosaice 7 euangelice. ut. s. p oblationez Melchisedech ostendatur fuisse prefiguratum sacramentū in lege nature. Per agnum paschalem 7 manna in lege scripture. Et p sanguinē qui fluxit de latere christi in lege gratie.

Secunda ratio est si attendamus ad ea que presignātur. Nam in hoc sacramento est visibilis forma. 7 hec prefigurata est in sacrificio Melchisedech. 7 ē res contenta. 7 hec figurata est in agno paschali: 7 res significata tñ. 7 ē in mā na. Et virtus dans efficaciam. 7 hoc in sanguine qui defluxit de latere xpi. Alterūtū solerter est aduertendum q; i manna quod pluit dominus patribus in deserto Exo. 16. septem ꝓditiones reperiunt conuenientes huic sacramento ineffabili. Prima est modus generationis. Secunda est locus descensionis. Tertia tempus recollectionis. Quarta terminus mensurationis. Quinta ritus preparationis. Sexta usus reseruationis. Septima gustus saporationis.

Prima conditio erat modus generationis: qa in nocte inuisibiliter de celo descendebat. Quid eni designat p noctem nisi fidei nostre statum? Sicut eni in regno celorū nulla ē obscuritas tenebrosa: ita i inferno nulla pōt luciditas apparere. Sic in presenti pegrinatiōe non est lux clara visionis deifice sicut i celo. nō obscura tenebrositas eterne dānatiōis sicut in inferno: sed noctuma fidei lux stellari ⁊ lunari non quidē solari lumine illustrata qbus luminibus videmus ⁊ cognoscimus hoc sacrm. Secunda cōditio illius mane erat locus descensionis: qa descendebat in deserto circa castra filiorū isrl solum: eisq; defecit cū intrauerūt terrā promissiōis. Sic hoc sacramentū nō nisi in ecclia. ⁊ i eius fide veraciter cōsecrat. atq; in deserto pñtis vite tm modo frequētat. Cuz aūt ad repromissam viuentiū terrā ventū fuerit iam non amplius hoc sacrificiū offeret sed gloriosus ibs in cōsūmato felicitatis loco ꝓspicietur ineffabiliter exaltatus.

Tertia cōditio erat tēpꝰ recollectionis. Sex eni diebus poterat reperi. hoc pcepitq; Moyses ex parte dñi: feria sexta p sabbato colligi. Sabbato aūt egressi quidā de populo ut colligerēt nō inuenerūt. Sic ⁊ istud viuificū sacramentū nō nisi sex diebus pñtis pegrinationis reficere habet: sed sabbato sempiterne quietis inuenietꝰ rex nr ibs rps nō mystice sacramento delatus sed manifestꝰ ⁊ decore regio gliosus. Quarta cōditio est terminus mensurationis: quia p singula capita mensurā gomor ex pte dñi Moyses colligi instituerat. nec qui plus collegit plus habuit: nec qui minꝰ minus inuenit. Sic quidē istud mirabile sacrm nequaq; ptinet minori ibm in minori hostia cꝫ in maiori. nec plus i pluribus cꝫ in vna. Quinta cōditio erat ritus pparatiōis: qa illud manna ignē optime sustinebat. nā māna liquidum colligebaf simile coriandro: ⁊ pe ignē ponebaf: ⁊ efficiebaf durū: vnde atritbaf. ⁊ ex eius farina cōficiebatur panis. Sed si ponebaf ad solē liquefiebat: ⁊ contabescebat. Sic istud benedictum sacramentum pfecte ignē sustinet deuoti ⁊ feruentis amoris: atq; ratiōs ab amoris fornace ꝓcedētes pfecte cōcludūt hui⁹ sacri irrefragabilē ꝟitatē. Sed sol curiositatis humane ⁊ fantastice rōnis ad pscrutationē sacramenti p perfidiā eū liquescere facit. Sexta conditio est ausus reseruationis. Nam precipiens Moyses q; nullus seruaret ex eo vsq; i mane: q; voluerūt reseruare inuenerūt q; scaturire cepit vermibus atq; cōputruit. Sic hoc sacramentū reseruatū ab his qui ad illud nolūt accedere scatet vermibus: quia ipsi tales deteriorantur ⁊ indurant. ut patet. xxv. di. in. c. presbyter. Septima cōditio erat gustus saporatiōis: qa vnicuiq; sapiebat iuxta desideriū sui appetitū. Aliqui eni cū suma delectatione descendē cibo illo sapidissimo. nōnulli ꝙo murmurātes dicebant: Ala nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Sic ꝫ sacratissimus sacrm sumentibus diuersimode sapit: sm diuersas dispositiones quas in eis formant uel desideriū caritatis uel indeuotio malignitatis. O quot sunt obstinati pctores ⁊ presumptuosi qui corpꝰ xpi sumentes nullū ex eo percipiūt gustū Alij ꝙo cꝫ mirabiliter, pter deuotionē ⁊ fidem recreāt ⁊ consolant: De quo ⁊ si multa possent exempla narrari. vnuz tamē referā qđ rome euenit. Tpe nāq; Eugenij quarti. quedā notabilis ⁊ spiritualis domina deo deuotissima Frācisca nomine de pontianis singulis diebus festis sacramenti cōmunionem de manu sacerdotis reuerentissime suscipiebat: sentiebatq; delectationez admirabilem adeo ut sepius post cōmunionez p magnū temporis spaciū raperet i extasim. Quodam ꝙo die dñi in ecclesia sancte Cecilie transtyberim expectaret accipere cōmunionez: sacerdos ille qui celebrabat: aut leuitate ducꝰ: aut diabolica temptatione deuictus tempta ut sibi dare hostiam non consecratam

Cumq; ori eius approp̃inquasset recusauit illã sumere dicens. Parcat tibi deꝰ pater sacerdos: quia me non solum recipere credidisti. sed etiam idolatriã facere voluisti. Quibus verbis cõmotus sacerdos veniã petijt: & peccatuz postea pfessus: rem alijs studuit enarrare.

De septẽ fructibus quos acquirunt bi qui fideliter & deuote sanctã cõmunionẽ suscipiunt. Capl'm .z.

Ertiũ mysteriũ declarandũ de sanctissimo sacramento dicitur fructificationis. Deuote enim coicantes multos fructus consequunt & precipue septẽ. Primus dicit gratificatio. Secundꝰ remissio. Tertius satisfactio. Quartꝰ defensio. Quintus releuatio. Sextus cibatio. Septimus glorificatio. Primus fructꝰ dicit gratificatio. Cõfert eni sacramẽtum deuote coicantibus gratiã. Ratio est ꝙm Tho.3.pte.q.79. Tum quia in eo ptinetur xp̃us: qui sicut veniens in mũdo: venit cum gratia. ꝙm illud Joh.i. Gratia & ꝟitas p ih̃m xp̃m facta è. Ita veniens in isto sacramẽto. Tum quia repꝛesentat passio eius: que fuit grate effectiua. Tũ quia sumit sub specie cibi nutritis. Tñ sicut cibus prestat vitã: ita & hoc sacramentuz. ꝓpterea vocatur eukaristia. i. bona gratia. Nam dicitur sacrificiũ respectu preteriti. sez passiõis xp̃i quã repꝛesentat. Et dicit cõmunio respectu presentis quasi cois vnio: quia vnit membra cum coꝛpe. uel in coꝛpore mystico. & dicit viaticũ respectu futuri: quia est prefiguratiuũ vite. & quia passio vnio & gloria sũt ex gratia. ió noiat eukaristia. Secũdus fructus deuote coicantiũ dicit remissio. Remittũtur nanq; p hoc sacramentũ pctã venialia. ut habetur de pse. dis.z. c. cum omne. c. si quotiẽs. & c. añ benedictionẽ. Quantum añt sit ist̃ud. s. remissionẽ venialiũ habere: patere potest si considerẽt ꝙ tũ ipsa aiam ledant. Nam licz eternã dãnationem nõ inducant. tamẽ inferunt duo pcipua nocumenta. Primũ è qꝺ diminuũt feruoꝛem caritatis. Secundum quia obligant ad pnã tpalez. Et quo dicit Boñ. in. 4. di. 20. ꝙ si qs moritur tñ venialia habens vadit ad purgatoꝛium. Tertius fructus deuote coicantium dicit satisfactio. Hoc siqꝺẽ sacramẽtũ satisfacit. p peccatis. Secundum eni Tho. 3. parte. q. 79. hoc sacramentũ simul est sacrificiũ & sacramentũ. Sed rationẽ sacrificij habet in ꝙtũ offertur Rationẽ ꝟo sacramẽti in ꝙtũ sumitur Et ideo effectũ sacramẽti habet in eo q sumit. effectum autẽ sacrificij in eo qui offert: uel in bis pro quibus offert. Si ergo cõsideret ut sacramẽtũ: habet duplicem effectuz. Uno modo directe ex vi sacramẽti. Alio modo quasi ex quadam concomitantia. Ex vi quidẽ sacri directe hz illũ effectũ ad quẽ è institutũ. nõ è añt institutũ ad satisfaciẽdũ: & ad spũalit nutriẽdũ p vnionẽ ad xp̃m & ad membra eius: sicut & nutrimentum vnit nutrito. Hz quia huiusmodi vnitas fit p caritatẽ: ex cuius feruoꝛe aliquis consequit remissionẽ nõ solũ culpe: sed etiã pene. Inde est ꝙ ex ꝙsequẽti p quandã concomitantiã ad principalem effectũ homo consequit remissionẽ pene: non quidem totius: sed ꝙm modũ sue deuotionis atq; feruoꝛis. Si autez consideretur in ꝙtũ est sacrificiũ habet vim satisfactiuã. & prodest bis pro qb⁹ offertur tam viuis ꝙ defunctis. Sed in satisfactione magis attendit affect⁹ offerẽtis ꝙ qualitas oblationis. Quis ergo hoc oblatio ex sui quãtitate sufficiat ad satisfaciendũ pro omni pena. tñ fit satisfactoꝛia illis pro quibus offert. uel etiã pro offerentib⁹ ꝙm quãtitatem sue deuotiõis: & nõ pro tota pena. Hinc Alex. papa. de pse. di. z. in. c. nihil. ait. Nihil i sacrificijs maiꝰ esse cepit ꝙ coꝛpus & sanguis xp̃i. nec vlla oblatio bac potioꝛ est. sed omnes precellit. que pura ꝓscia dño est offerenda. Quartꝰ fructus deuote coicantiũ dicitur defensio. Defendit vtiq; ꝑ sacramentũ pseruãdo

a peccatis futuris. Vt. n. ait Tho. vbi. ꝫ Peccatū ē quedā mors spūalis anime. Vnde hoc modo preseruat aliqs a pctō futuro: quo preseruat corpus a morte futura. quod quidem fit dupliciter. Uno mō inq̄tuz bois natura interius roborat contra interiora corruptiua. ⁊ sic preseruat a morte per cibū ⁊ medicinam. Alio modo p hoc q̄ munit cōtra exteriores impugnatiōes. ⁊ sic ꝑseruat p arma: quib⁹ munitur corp⁹. Utroq; autē modo hoc sacramentuz conseruat a peccato. Nam primo quidem p hoc q̄ xpo coniungit per gratiā roborat spūalem vitā hominis tanq̄ spiritualis cib⁹ ⁊ spiritualis medicina. scōm illud psal. Panis cor hominis confirmat. Et Aug⁹ sup Joh. ait. Securus accede. panis ē non venenū. Secundo inq̄tū est signū passionis xpi p quā victi sunt demones repellit ipsoz ipugnationē. Unū Criso⁹ sup Joh. ait. Ut leones flāmā spirātes de mensa dñi recedūt⁹ terribiles demonibus facti. Notandū tamē q̄ licz hoc sacramentū inq̄tuz est de se habeat virtutem preseruatiuā a peccato. nō tamē aufert hoi possibilitatem peccandi. eo q̄ homo in statu vie est huius conditiōis q̄ potest flecti in bonum ⁊ in malum.

Quintus fructus deuote coicantiū dicit releuatio. Si enī homo post deuotam coionē in peccatuz rueret facilius ab illo surgere posset: q̄ si ante illud nō coicasset. Ratio est. qa ut diximus: per sacram cōmunionē anima roboratur ⁊ fortificatur: ⁊ ideo facilius est forti resurgere q̄ debili. Sextus fructus deuote coicantium dicitur cibatio. Cibat vtiq; hoc sacramentū spūaliter animaz ⁊ multotiens miraculose reficit ipsum corp⁹. Dicit enī de beata Katherina de Senis. q̄ sepius cōmunicē suscepta p dies plūmos sine cibo ⁊ potu persistebat absq; aliqua sui corporis lesiōe. Septimus fructus dicit glorificatio. Facit etiā hoc sacramentū ad augmentū glorie que sequitur ad augmentuz gratie. Quāto enī aia proficit ⁊ crescit in grā: tanto copiosiorē gloriā promeret. Sed q̄ deuote ⁊ humiliter suscipit sacramentū eukaristie proficit in gratia: ut tactū est superius. idcirco abundanti⁹ gloriam obtinebit. Currite igit omnes ⁊ ꝑscientijs a peccatis emūdatis sacram communionē accipite. qa saluator nr dixit Joh. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternū. hic p gratiam ⁊ in futuro p gloriam: in qua viuit ⁊ regnat ipse ihs dei filius cū patre ⁊ spiritu scō per cuncta secula seculoꝝ. Amen.

Feria ctia ebdomade sancte. de ꝓfitate sacri eukaristie: in quo vere ⁊ realiter continet ipse xpus. Sermo. 64.

Caro mea vere ē cib⁹ ⁊ sanguis meus vere est potus. Uerba sunt redēptoris nostri originaliē Joh. 6. c. Inter cetera fidei nostre credibilia maximū ⁊ admirabile ē realis ac vera existētia corpis ⁊ sanguinis xpi in sacramento altaris sub specieb⁹ panis ⁊ vini. Hoc vtiq; nisi fides credat sermo nō explicat. Uerūtū ad confundendā pfidiā infidelituz consolandosq; fideles qui id credunt: in h̄ sermone de veritate altissimi sacramēti verba faciem⁹. Est eteni necessariū simpliciter credere ⁊ firmiter confiteri qō a domino ibu xpo audiuim⁹ dictuz: carnem. s. suam vere esse cibum: ⁊ suuz sanguinē vere esse potū. s. in sacramento altaris: in quo vere ⁊ realiter continetur Ad quod probandū ⁊ fideliter persuadendum procedemus tripliciter.

Primo per auctoritates.
Secundo per rationes.
Tertio per exempla.

Ut omnes tam theologi q̄ sacra cōcilia: ⁊ doctores antiqui tenent ⁊ confitentur dominū ibm xpm realiter esse in sacramēto altaris sub speciebus panis ⁊ vini. Capm. j.

Primo probanda ē veritas corporis ⁊ sanguinis xp̄i in sacramento altaris p auctoritates. Primo theologorum. Secundo conciliorum. Tertio doctorum. Primo itaq; theologi omnes Ric. s. Bon. Tho Sco. ⁊ ceteri. di. x. q̄rti. li. dicunt q̄ opinio quorundā fuit ⁊ error pessimus q̄ xp̄s nō esset i altari nisi tm̄ sic in signo. ⁊ dicē māducari: quia signū eius tm̄ accipitur. Sed iste error contra pietatē fidei est. q̄ tantū beneficiū sibi a deo datū recognoscit ⁊ gratias agit. q̄ in carne sua ⁊ natura propria sit nobiscum. Est etiā contra sacramēti dignitatē per excellentiā. i quo relucet diuina potentia ⁊ bonitas altius ceteris sacramentis. Nam cetera sacra excellit: ⁊ q̄si consummatiuū est aliorū omniū: sicut caritas omniū virtutum. Manifestatur nanq; omnipotentia dei in opis singularitate. Cum enī panis in corpus xp̄i vertit ⁊ integrum in multis altaribus conuertit nullo remanēte cōmuni ostendit se deus posse supra omnē potentiā opatiuaz in cōuersione. Et per hoc q̄ idem in pluribus locis: supra imaginatiuam. ⁊ per hoc q̄ tam magnum ⁊ integrum in tam parua specie facit existere nō cōtractū: ostendit se posse supra potentiaz intellectiuam. Error igitur pretactus detract est a quodā Berengario rome coram iij. episcopis. ut habet de conse. di. z. in c. ego Berēgarius. Ideo catholice dicenduz est ꝑm Franciscū de marone in quodam sermone de corpore xp̄i. q̄ sub specie panis que videtur in hostia quattuor esse creduntur. Primo quidem creditur ibi esse corpus xp̄i ex vi verborum q̄a verba consecrationis de solo corpe faciunt mentionē. Secundo est ibi sanguis xp̄i ex concomitantia immediata quia sanguis imediate dispnit corpus ad vitam. Tertio est ibi anima xp̄i ex concomitantia ꝓpinqua: quia licz aia nō viuificet corpus nisi mediante sanguine: tamē pertinet ad eandē naturā. ⁊ ideo cōcomitatur ipsum propinque.

Quarto ē ibi diuinitas verbi ex cōcomitātia remota: quia licz diuinitas cum tribus precedentibus faciat vnuz suppositū: tamē nō ptinet ad vnā nām. Similiter etiā i calice ista quattuor ee creduntē sed alio ordine. Primo est ibi sanguis ex vi verboz. p eo q̄ ꝓba ꝓsecrationis calicis de solo sanguine faciūt mentionē. Secūdo est ibi corp⁹ ex cōcomitantia imediata: quia corp⁹ sanguinis ē imediatū receptaculū. Tertio est ibi aia ex ꝓcomitantia ꝓpinqua: qa ptinet ad eādē nāz humanā. Quarto est ibi diuinitas ex cōcomitāta remota qa nō ptinet ad eandē naturā. q̄uis ad idē suppositum. Et ista quattuor significant saluatorem nostrum ibi esse. d. Joh. 6. Ego sum panis. per hoc dās intelligi corpus. Et subiūgit: viuus. per hoc denotans animā p quā corpus viuificat. ⁊ qa anima sine corporeo sanguine viuificari nō potest: ideo subintelligit hic sanguis. Deinde addit: qui de celo descendi. ꝓpter diuinitatez. Quare totus xp̄s cōtinet sub specie panis: ⁊ tot⁹ sub specie vini. Secundo ad ostendendaz veritatē sacramenti facit auctoritas sacrorū cōciliorū. Scribit enī ex de cele. missis. c. cum Martin. Dicit hoc sacrm mysterium fidei: qm̄ aliud ibi creditur q̄ cernatur. ⁊ aliud ibi cernit q̄ credat Species panis ⁊ vini cernit: ⁊ creditur veritas carnis ⁊ sanguinis xp̄i. Et in. c. i. de sū. tri. ⁊ fi. ca. sic scribit. Una est fidelium vniuersalis ecclia extra quā nullus ꝏo saluat. in qua idē ipse sacerdos ē ⁊ sacrificiū ihs xp̄s: cui⁹ corp⁹ ⁊ sanguis in sacro altaris sub spēbus panis ⁊ vini veraciter continet transubstantiatis pane in corpus ⁊ vino in sanguinē virtute diuina: ut ad pficiendū mysterium vnitatis accipiamus ipsi de suo qd̄ accepit ipse de nostro. Sz propter dicta i pall. c. cū martin. nōnda sūt ꝑm Fran. de marone q̄ttuor documēta. Primū q̄ i hoc sacro, ppie nō videt xp̄s oculo corporali. qa accidentia que ibi cernūt non sunt in corpe xp̄i sicut in subiecto.

Et si quera quare xps in hoc sacramẽto corpus suũ vedit nobis velatuz sub accidentibus. Respõderi potest q id fecit propter quattuor rationes. Prima ẽ propter humilitatẽ: ut. s. homines i hoc sacramento humiliarẽ credentes ea que sunt supra intellectũ. in hoc eni sacramento valde necessaria est captiuatio intellectus in obsequiũ xpi. Secunda ratio est propter fidelitatẽ: ut. s. fides haberet meritũ. quia ut Greg. dic in omel. Fides non habet meritum vbi humana rõ prebet experimentũ. Tertia ratio est propter indignitatẽ. s. quo ad malos qui indigni sũt clare cõspicẽ corpus dñi ibu xpi. Quarta ratio ẽ propter intellectualitatẽ quo ad oẽs: qa claritatem corpis ibu xpi nullus viator naturaliter posset inspicere. Secundum vocumentũ q luc. propie ibi nõ vivatur xps: tamẽ nõ errant fideles qui dicunt dñm se vidisse in manib9 sacerdotis: quia nullus errat cuius fba pñt verificari eo modo quo verificatur scriptura diuina. in qua dicit q aliqui viderunt vel oculo corpali: sic de Moyse dicit q vidit dñm cernendo corpalẽ rubum. Ero z. nõ q ibi viderit diuinitatez: sed quia dñs assistebat illi rubo. Et ita corp9 xpi suo modo assistit speciebus que in hoc sacramento cernunt.

Tertium vocumentũ q in hoc sacro adoratio nõ est dirigẽda ad illud quod cernit: ꝫ ad illud qõ credit tm: qa illud est dignũ adoratione. Quartũ vocumentũ q ante completa fba consecrationis hostia non est adoranda vnec eleuatur a sacerdote vel adorat: qa nõ dum ibi constat esse corpus xpi. Z° ad ostendendã veritatẽ sacramenti sũt auctoritates sanctorũ doctorũ. Ex quib9 omnibus quattuor tm inducemus nominatissimos z famosos doc. s. Ambr. Aug. Greg. z Hilarium. Ambrosius eni in li. de sacramentis. z ponit de pse. di. z. in. c. panis. ait. Panis est i altari vsitatus ante verba sacramentorũ. vbi autẽ accessit cõsecratio: de pane fit corpus xpi. Et idẽ in li. de officijs. z bñ in c. ante benedictionez. de cõse. di. z. Ante benedictionem alia species noiatur. p9 benedictionẽ corpus significat. Et idez de cõse. di. z. in. c. reuera. ait. Hoc quod conficim9 corpus ex virgine est. Et idẽ de cõse. di. z. i. c. omnia. ita pulcbre loquitur. Omnia quecũq; voluit dominꝰ fecit in celo z in terra. z quia voluit sic factum est. Ita licz figura panis z vini videat: nibil tñ aliud q caro xpi z sanguis post consecrationẽ credenda sunt Vñ ipsa vitas ad discipulos Hoc inqt caro mea est p mũdi vita. Et ut mirabilius loquar nõ alia plane q que nata est de Maria: z passa est in cruce: z resurrexit de sepulcbro. Et Aug9 de pse di. z. c. nos aũt. dicit. Nos aũt in specie panis z vini quã videmus: res inuisibiles. i. carnẽ z sanguinẽ honoramus. Et idem in. c. non omnis. Non omnis panis sed accipiens benedictionem xpi fit corpus xpi. Et idẽ in epla ad Hyreneũ Perfectus panis de celo: corp9 ẽ ex virgine. Greg. autẽ in omel. pascali. z bñ in. c. quid sit. de conse. di. z. Mysteriuz fidei dicit quod credere debes q ibi salus nostra consistat. Prouidẽs eni nobis dñs vedit hoc sacramentũ salutis: ut quia nos quottidie peccamus: z ille iam mori nõ potest: p illud sacramẽtũ remissionẽ consequamur. Quottidie. ipse comeditur z bibitur in veritate: sed integer z viuus atq; imaculatus pmanet. Et iõ magnũ z pauendũ mysteriũ est: quia aliud videt: z aliud intelligit. Hilarius de conse. di. z. c. corp9. ita loquitur. Corpus xpi qõ sumit de altari figura est: dum panis z vinuz extra videtur. veritas autẽ: dum corpus z sanguis xpi in veritate interius credit. Cõfiteri igit ur debemus z indubie credere dñm ibm xpm i sacramẽto altaris vere z realiter continei.

Q rationibus fidelibus probari põt etsi non demonstratiuis veritas carnis z sanguinis xpi in sacramento eukaristie. Caplm. z.

Secūdo ꝓbanda est veritas corꝓris ⁊ sanguinis xp̄i in sacro admirabili eukaristie prōnes: nō quidē naturales ⁊ vemōstratiuas ꝫ fideles ac ꝑsuasiuas. Et colligi possūt principaliter tres. Prima dicit distantiua. Secunda conceptiua. Tertia cōmutatiua. Prima dicit distantiua Maior eni distantia est ut dicit Boñ. di. x. quarti. inter ens non ens: q̄ inter ens ⁊ ens. Si ergo ve⁹ potuit de nihilo ꝓducere omnia que sunt in celo ⁊ i ẽra cur nō poterit mutare vnū ens in aliud ens. ⁊ conuertere panē in carnē. ⁊ vinū i sanguinē? Ideo Amb⁹ in li. de sacris ait. De totius mundi operibus legistis quia ipse dixit: ⁊ facta sūt: ipse mandauit ⁊ creata sunt. Sermo igit̄ q̄ potuit ex nihilo facere quod nō erat. nō poterat ea que sunt i id mutare qō nō erat? Nō est eni min⁹ dare q̄ mutare nouas naturas rebus. Secunda ratio dicitur ꝓceptiua. Si corpus xp̄i supnaturaliter ⁊ miraculose potuit a virgine concipi: cur nō poterit in sacramēto ex miraculo realiter contineri? Ideo ait Amb⁹ vbi supra. Quid hic queris nature ordinem in xp̄i corpore: cū preter naturā sit ipse dñs natus ex virgine? Sed non imerito dubitari potest vtr nobilior sit virtus transubstantiādi panē in carnē: ⁊ vinū i sanguinē xp̄i: virtute virginis ipsiꝰ concipientis. Et nōnulli tenere voluerunt q̄ sic. tum quia sacerdos ꝓficit corpus xp̄i paucioribus verbis q̄ conceperit virgo. tum quia virtus conceptionis i virgine terminata fuit ad corpus xp̄i impassibile ⁊ imortale. Contra istos tamē sic asserentes dicit Boñ. x. di. quarti. q̄ dupliciter est loqui de virtute trāsubstantiante ⁊ de concipiente. Uno modo. put sunt i suo fonte ⁊ primo principio: ut dicaꝫ virtus ꝓcipiēdi que opata est conceptionez principaliter ꝓpria auctoritate: ⁊ similiē virtus transubstantiandi: ⁊ sic nō est comparatio ꝑm magis ⁊ minus in se: cum sit vna ⁊ eadem virtus diuina nō intensa nec remissa. Sed si ipsa comparetur ad manifestationē factā p vos effectus iudicandū est q̄ se habent sicut excedētia ⁊ excessa. licet eni vtrūq; sit nobilissimū ⁊ ostēdat potentiā esse sūmā. in ꝓceptiē tamē magis laudat maiestas diuina. ⁊ in trāsubstantiatiōe magis captiuat ratio nostra. Secundo mō possumus loqui de hac duplici virtute. put dicit̄ coīcari creature ꝑm q̄ dicit̄ q̄ virgini data est ptās concipiendi. ⁊ sacerdoti pverbū potestas cōficiendi. ⁊ sic loquēdo simpliciter ꝑtus ꝓcipiendi dignior excellentior ⁊ nobilior est. tū quia subiectum magis nobilitat. Maius eni ē esse matrē dei q̄ esse sacerdotē. tū quia actio est singularior ⁊ preclarior. Maius eni est concipere q̄ conficere: quia terminus actionis plus accipit a cōcipiente matre q̄ a conficiente sacerdote Accepit eni a matre humanitatē esse In consecratione vero corꝓis xp̄i non accipit esse. Idcirco respondendū ē bis qui contrariuꝫ tenere voluere dicentes virginē concepisse xp̄m mediantib⁹ pluribus verbis q̄ sacerdos ꝓficiat. Quos nescio si isanos aut ignorātes nominē eo q̄ compatio ista nulla est: quia ꝑba sunt de necessitate ꝓsecrationis. nō aūt ꝓceptionis. Unde si sacerdos nunq̄ ꝓferret verba nunq̄ consecraret. Beatissima autē virgo nō concepit xp̄m ex vi verboꝝ: sed ex merito virtutū suarū. ob qō positō q̄ cuꝫ dixit. Ecce ancilla dñi obmutuisset. remanentibus in ea tamē virtutib⁹ supradictis adhuc cōcepisset xp̄m. Similiter male intelligunt q̄ virtutē transubstantiandi hoc modo p̄ferunt virtuti concipiendi: qa illa terminatur ad corp⁹ impassibile ⁊ imortale. tē. Nam arguūt quasi corpus xp̄i consecratiōe fieret. Sed certe nō fit. Nā nō fit eius humanitas: quia facta est i conceptione. non fit gloria corꝓris: quia facta est in resurrectione. nō fit pfecta etas. quia eras. 33. annorū spacio ē pfecta. vnde argumentū deficit ut dixim⁹: quia arguit ac si faceret. ꝫ ꝓsecratiōez

i

nihil nouū fit: sed hoc soluz fit. ut quod erat in celo pfectū ⁊ gloriosuz idem sine mutatione sui sit in sacramento virtute transubstantiandi. Tertia rō manuducens nos ut firmiter credam⁹ corp⁹ xpi esse in sacrameto altaris dicit commutatiua. Nam legimus sepius fuisse p diuinā virtutē imutatā naturā. Ideo Amb⁹. in. c. reuera. de cōse. di. .z. inquit. Forte dices aliud video quomodo tu mihi asseris cp corpus xpi accipiā? Et ꝟ nob adhuc supest ut phem⁹. quantis i gie vtimur exemplis. ut probemus hoc non esse quod natura formauit: sed cō benedictio cōsecrauit: maioreq; vim ee benedictionis cp nature: qa benedictōe etiā natura ipsa mutat. Virgā tenebat Moyses. precit eam ⁊ facta est serpens Rursus apprehendit caudā serpentis ⁊ in virge naturā reuertitur. Hides ē. pptica gra bis mutataz esse naturā: ⁊ serpentis ⁊ virge. Currebāt egypti flumina puro meatu aquaꝝ subito ve fontium venis sanguis cepit erumpere. nō erat potus in fluuijs. Rursus ad ppbe preces cruor cessauit fluminū. aquarū nā remeauit. Circūclusus erat undiq; populus ixbreoꝝ. Hinc egyptijs vallatus: inde mari clausus. Virgā leuauit Moyses. separauit se aqua: ⁊ i murorꝝ speciem se congelauit: atq; inter undas via pedestris apparuit. Jordanis retrorsum ꝓuersus ꝓtra naturā: in sui fontis reuertitur exordiū. Hōne claret naturā uel maritimoruz fluctuū: uel fluuialis cursus esse mutatā. Sitiebat popul⁹ patrū. tetigit Moyses petrā: ⁊ aqua ve petra fluxit. Nunqd nō preē naturā opata ē gratia: ut aquā vomeret petra: quā nō bibebat natura? Maratb fluuius amarissim⁹ erat. ut sitiens popul⁹ bibē nō posset. misit Moyses lignū in aquā ⁊ amaritudinē suā aquaruz natura ve posuit: quā infusa subito gratia tpauit. Sub Elyseo ppba vni ex filijs ppbaꝝ excussū est ferrū ve securi: ⁊ statim imersum. rogauit Elyseū qui amiserat ferrū Misit Elyseus lignū i aquā ⁊ natauit ferrū: vtiq; ⁊ ꝟ preter naturā factū esse cognouimus. Brauior est ferri species cp aquarū liquor. Adhuc tim⁹ ergo maiorem esse gratiā cp naturā. ⁊ adhuc tñ pptice bñdictiōis miramur grām. cp si tantū valuit humana bñdictio ut naturā cōuerteret: quid dicem⁹ ve ipsa cōsecratione diuina vbi ipsa ꝟba dñi saluatoris opantur. Nā sacramētū istud quod accipis xpi sermōe cōficitur. Hec Amb⁹. Qui in talib⁹ ⁊ similib⁹ exēplis nobis ostendit quāta pōt magnus ⁊ excelsus deus: cui⁹ ptāti atq; ꝟtuti imēse ⁊ infinite ascribunt omnia miracula sacramenti altaris.

Qualiter miracula ⁊ exempla opata in sacramēto altaris osdūt vere ibi esse corpus xpi. Cap'm .z.

Certio probanda est ꝟitas sacri p exempla. Haz deus benedict⁹ ⁊ si nō semp qnq; tamē ad confusionē cordiū inflatoruz multa ve hoc sacro ostendit mira atq; stupēda. Interque illud vnū ē celeberrimū ac memoria dignū qō euenit duz scūs Anton⁹ de padua Arimini ꝑdicabat. Ibi nāq; hereticꝰ qdā aderat: q; male sentiebat de corpe xpi: atq; in contemptū corpis xpi hostias nō cōsecratas sepius asino suo prebebat in cibū. Cuz ꝟo hoc innotuisset Antonio fidei defensori acerrimo: illū ad se vocatū dure redarguit: veritatēq; sacri ei fideliter psuasit. Cum ꝟo ille pertinax in suo sensu maneret: asserereteq; asinū suū psepe tali cibo forte depastum: cōuenit cum eo Anton⁹: ut de hoc experientia fieret ⁊ p dies tres asinus sine cibo trāsiret. ⁊ die tertia Anton⁹ i foro celebrata missa. ⁊ reseruato sacro illud intra hostias nō consecratas reponeret atq; illo modo asinus famelic⁹ inuitaret ad pabulū. qō cū factū fuisset corā multitudine maxima: aial illud appropinquans sporte in qua corp⁹ xpi intra hostias nō ꝓsecratas reuerenter reconditū erat ex miraculo dei cognouit dñm suū. ⁊ caput ⁊ pedes inclinās humiliē adorauit. neq; cura sibi fuit de cibo: quo

indigebat. cũq; verteribus ab illo hereꝛ
tico angereꝫ traheꝛeꝫ ꝛ voluereꝫ: semper
faciebat ut ꝓius. ob qõ hereticus illeꝛ
alij ꝑplurimi oĩ erroꝛe hepsito ad ve
ram fidẽ redierũt. Antoni⁹ aũt deo gra
tias referẽs sacrm honorifice i loco re
bito posuit ꝛ cõseruauit. De multis etiã
comptũ est q; ex priuilegio spãli coꝛp⁹
xpi viderũt: aut in specie pueri: aut car
nis: aut sanguinis. Nõ fit ꝑm Tho. 3.
pte. q. 76. p imutationẽ oculorũ coꝛpoꝝ
qui sic vident: quorũ oculi imutanꝫ ac
si exꝛesse viderent exteri⁹ carnem aut
sanguinẽ uel puerũ nulla trãsmutatice
facta ex pte sacri. Nõ patet ex eo quia
alijs videꝫ sub spẽ panis. Nec tamen id
ptinet ad aliquã deceptionem: qa talis
species diuini⁹ formaꝫ in oculo ad ali
quã ymitatẽ figurãdã: ad hoc. s. q; mani
festeꝫ vere coꝛpus xpi esse sub hoc sacro
sicut etiã xps absq; deceptiõe apparuit
discipulis euntib⁹ in Emaus. Dicit eni
Aug⁹ in li. q. euãgelij. q; cuꝝ fictio nra
referꝫ ad aliquã significationeꝫ non est
mendaciũ: ꝟ aliqua figura. Sũt itaq;
multa hui⁹ sacri ꝑclarissima testimonia
que tñ oia si deessent sufficere nob̃ debet
ẏbũ xpi dicentis. Hoc est coꝛp⁹ meũ. de
quo dicere possum⁹ qõ Isaac dixit dõ
filiũ tangebat. Uoꝛ quidẽ voꝛ Jacob ẽ
sed manus man⁹ sũt Esau. Maꝝ i tactu
ꝛ i odoꝛatu Esau cũ reputabat. in hoc
tñ Jacob eum confitebaꝫ. Sic in ꝟ ad
mirabili sacro sensibus nostris. s. visui
odoꝛatui. gustui. ꝛ tactui accidẽtia pa
nis se offeruntꝫ: sed ipsi auditui veritas
carnis xpi. O igiꝫ ineffabile sacramẽ
tum. o inexplicabile signũ amoꝝ ihesu
xpi. o hoc triumphale priuilegiũ no
bis exhibitũ. Non est eni aut fuit aliq̃
tam grãdis natio: que habeat deos ap
ꝓpinquãtes sibi: sicut adest nobis deꝰ
noster. Ergo omni deuotione qua pos
sumus celebꝛemus hui⁹ sacri mysteria
quo nobis aduenĩat gratia. ꝛ tandem
ꝑrennis ꝛ cẽna gloꝛia: in qua ipse dñs
ibs viuit ꝛ regnat cum patre ꝛ spũ scõ
ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amen.

Feria quarta ebdomade sancte. de sa
cramẽto eukaristie: ad quod deuote su
scipiendum fideles inuigilare debent.

Sermo. 65.

Accepit pa
nem ꝛ gras agens fre
git ꝛ dixit. Accipite ꝛ
manducate. hoc est coꝛ
pus meũ: quod ꝑ vobis
tradeꝫ: hoc facite in meã cõmemoꝛatio
nẽ. Doctoꝛis gentiũ ẏba sũt ista. i. Coꝛ
xi. c. Satis vtile ꝛ ꝓficuum esse arbi
tratus sum: si adhuc de sacro ineffabili
eukaristie nõnulla dixero: qm̃ quanto
magis illius ꝓcomia fidelib⁹ innote
scunt: tanto ardentius excitanꝫ ad illi⁹
vsũ: deuotãq; susceptionẽ. Idcirco ꝓce
ea que dicta sũt: adhuc videbim⁹ q̃daꝝ
nõ imerito de hoc bũdicto sacro diluci
danda. ꝓponemus itaq; tria ꝑncipalia
mysteria: que apl's in ẏbis ꝑallegatis
explicauit ꝛ ãnotauit. videlicꝫ.

Primũ dicit trãsubstantiationis.
Secundũ manducationis.
Tertiũ consecrationis.

De trãsubstãtiatice panis in carnẽ ꝛ
vini i sanguinẽ xpi. ꝛ de ꝓditionib⁹ ad
mirãdis ipsi⁹ trãsubstãtiatiõis. Caꝑ. j.

Primũ mysteriũ annotatum ab
apl'o dr̃ tñsubstãtiatiõis. Quia
xps panẽ accipiẽs: ꝛ grãs agẽs
panẽ illũ bñdixit ꝛ ꝓsecrauit: quertitq;
sbam ei⁹ i sbam coꝛpis sui: sic ꝛ i sacro
isto sba panis in sbaꝝ coꝛpis xpi. ꝛ sba
vini in sbam sanguinis ei⁹ vere ꝓuertit.
Ad qõ plen⁹ intelligendũ q̃ttuoꝛ sunt
dubia declaranda. Primũ vtrũ in cõ
secratione sit vera trãsmutatio siue con
uersio panis in coꝛp⁹ xpi: an panis sit
maneat cũ coꝛpe. Ad qõ rñdet Alex. i
4. su. volumine. q; aliqui errantes dixe
runt q; in hoc sacro nõ est aliqua ꝓuer
sio. sed ad ꝓlationẽ ẏbozũ sine conuer
sione aliqua fit diuina ẏtute: ut coꝛp⁹
xpi sit ibi. Tamen hec ꝓsitio est ꝓtraria
scõꝝ auctoꝛitati. ut ꝓz. Est etiã ꝑ ꝓgruꝫ
tatẽ sacri: diminuitq; vtilitatem meriti.

Nam multiplex est ratio quare cōgruit ut panis conuertat in corpus xp̄i ⁊ nō maneat simul. Prima est vitatio idolatrie. Si enim sub sacro maneret panis fortassis q̄q; indistincte adorarek cū dño. Secunda ratio ē efficacior reductio ad ipsū xp̄m ꝓpretendendū. Spēs eni panis que mō reducit ĩmediate ad dñm xp̄m compretendendū ⁊ recendū tunc mediate reduceret: qa primo reduceret ad compretensionē panis: ⁊ post ad compretensionē dñi. Tertia rō est spūalior refectio. mō eni illa refectio ē spiritualis oiortūc esset etiam carnalis quia tunc cibus carnalis assumeretur: ⁊ nō solū spūalis. Quarta rō est veritatis insinuatio. s. ut credat q̄ sit trīs cib⁹ anime: ⁊ non corporis: ⁊ q̄ hoc cib⁹ fit vnio spiritualis: non corpalis. Opinio ad hoc p̄tacta minuit vtilitatē meriti: quia ponendo q̄ accidentia non possūt esse sine subiecto in tendo rōnib⁹ humanis meritū fidei diminuit. Ideo dicēdū q̄ tota substātia panis cōuertit in substantiam corpis xp̄i remanētibus accitentibus sine subiecto. Secūdū dubium reclarandū. vtrū in ista cōuersiē ānihilet substantia panis. Et ad hoc respondet Ric. in. 4. dis. xi. o. q̄ q̄uis post cōuersionē substantie panis in substātiā corpis xp̄i nihil re substātia panis remaneat. tn̄ quia substātia corpis xp̄i in quā conuersa est aliquid est: ānihilata non est. vnde substātia panis nō est in nihilū redacta: sed in melius cōmutata. s. in corp⁹ xp̄i. non tamē fm Alex. de pane illo accipit esse corp⁹ xp̄i: ꝺ ipsa essentia panis sine omni mutatione facta in corpus xp̄i mutat in illud. Ideo Ugo. li. 2. de sacris pte. 8. c. 9. ait. Non sic corpus xp̄i in pane cōsecrari dicim⁹ ut de pane corp⁹ xp̄i esse accipiat: nec q̄i corpus nouū subito factum de mutata essentia: sed in ipsū verū corpus mutatā essentiā. nec ipsā substantiā panis ⁊ vini in nihilū redactam quia desijt esse quod fuit: sed mutatas potius: quia cepit esse aliud qō non fuit. Tertiū dubius declarandū. vtrū illa cōuersio fiat in instanti uel successiue. Et rñdet Ric. vbi supra. q̄ fit in instāti. quia ut accipi pōt a cōmentatore. 4. metaph. Dis successio in mutatione causat ul' ex resistētia mobilis ad motorē: uel medij ad motorem. uel ratione vtriusq;. ⁊ puto q̄ sub resistentia ipsius medij dereat comprehendi diuisibilitas spacij p cōparationem ad limitationē virtutis i motore. vnde q̄uis corpale medū āgelo nō resistat: tamē quia limitate virtutis est: nō posset se transferre ab oriente in occidentē pertranseundo spaciuz in instanti. Virtus aūt conuertens substantiā panis i corpus xp̄i non est limitata. Illa eni conuersio fit p virtutē diuinā: que infinita est. Nec sibi resistit substātia panis: qa tota natura pfecte subdit virtuti diuine. Nec est aliquod medū p quod ista conuersio fiat. hoc eni nō habet locū ꝓprie loquendo: nisi de mutatione locali Panem eni nō esse corpus xp̄i nihil positiuū dicit: ⁊ tamen si esset medū non oporteret q̄ causaret successionē i oīa operatione. Deus eni vnū lapidē transferre posset ab oriente in occidentez pertotū medū in instanti. Non eni oportet q̄ diuisibilitas medij causet successionem in mutatione: nisi cū hoc mutans sit limitate virtutis. Quartū dubiuz declarādū. vtrū virtus transubstantiatiua principalius respiciat sacerdotem q̄ verba. Et rñdet Ric. dis. 8. quarti. q̄ virtus predicta ꝑncipalius respicit sacerdotē: qa quando dñs operat aliquē effectū mediante instrumēto animato cuiusmodi est seruus fm pbm p politicoz: ⁊ inanimato. virt⁹ dñi principali⁹ respicit instrumentū aiatū q̄ inaiatum. In transubstantiatione autē sacerdos se habet sicut instrumētū aiatū: ⁊ verba sicut inaiatum. iō virt⁹ dñi principalit̄ opantis principalius respicit sacerdotez q̄ verba. Secūda ratio est. quia q̄ plura instrumenta p ordinē se habētia concurrunt ad eundē effectū: ut man⁹ ⁊ pēna ad scripturā. virtus principalis

motoris principalius respicit illud instrumentū qō est sibi ppinqui⁹ 7 mediāte quo aliud instrumentū mouet. vnde ꝓtus scribens ꝓncipalius respicit manū q̄ pennā. Ad transubstantiationez aūt cōcurrunt plura instrumenta p ordinem se habentia. s. sacerdos 7 verba: quorū sacerdos ē ppinquior ꝓncipali agenti: quia sibi est similior 7 eius repsentat psonā. Est etiā plationis ꝓtorū causa. ideo ꝓtus trāsubstantiatiua ꝓncipalius respicit sacerdotē q̄ ꝓba. 3ª ratio est qa virt⁹ trāsubstātiatiua sacerdotē respicit pmanente rōne caracteris qui in sacerdote pmanet. ꝓba aūt sicut sunt transeūtia respiciūt trāseuntē nō p aliquē trāsitū ex pte virtutis: ꝑ put est in principali agente: ß p transitū ipsorum ꝓtorū. Ꝑm quid tamen predicta virtus respicit principalius verba q̄ sacerdotem: in q̄tū ꝓba magis ve propinquo se habent ad effectū q̄ sacerdos. Ꝑm quez modū etiā dici potest q̄ virtus scribentis principalius respicit pennā q̄ manū.

De multiplici manducatione corpis xp̄i: 7 de dubijs que circa illam haberi possunt. Capl'm. 2.

Secundū mysteriū qō ānotauit apl'us i themate dicit manducationis: asserens qō xp̄s dixit. Accipite 7 māducate. hoc ē corp⁹ meū. Ad quod plenius intelligēdū quattuor sunt dubia declaranda. Primū. quot sunt modi manducandi corpus xp̄i. Et rñdet magister in. 4. di. 9. q̄ est duplex. vnus sacr̄alis: alius spūalis. que distinctio Ꝑm Boñ. dicit vno mō a dispositiōe sumentiū quia quidā accedūt male dispositi: 7 bi manducant sacramentaliter quidā bene: 7 bi spūaliter. Secūdo accipit a modo sumendi: qa quidā suscipiūt ore corpis: 7 nō cordis. 7 bi sacr̄aliter. Quidā ꝓ ore cordis. 7 bi spūalit̄. Comedere igit̄ sacrm spūaliter ē illud suscipe cū fide informata caritate. Comedere aūt sacr̄aliter est illud suscipere cum fide sine caritate. Qui manducāt sacramentaliter: tm̄ suscipiūt sacrm: sed non effectū illius. Qui ꝓ manducant spūaliter effectū gratie cōsequūt. Secundū dubiū. vtrū mali sumāt corpus xp̄i veraciter. Et rñdet Tho. 3. ptē. q. 80. 7 Boñ. in. 4. di. 9. q̄ circa hoc quidam antiqui errauerūt dicentes q̄ corp⁹ xp̄i verū a malis nō sumit. qa nō decet tātā maiestatē 7 carnē tam scām 7 puraz in corpus peccatis subditū introire. Ideo asserebāt q̄ corpus xp̄i verū a specieb⁹ abscederet. ex quo peccator ipsū labijs 7 ore polluto ꝓtingeret. Sz hoc ē erroneū eo q̄ manentib⁹ spēbus corp⁹ xp̄i sub eis esse nō desinit. Species aūt manet q̄diu sba panis manēt: 7 sibi adesset. Manifestū est aūt q̄ sba panis assumpta a pctōre nō stati eē desinit: ß manet q̄diu p calorē nālem digerat. Ulñ tam diu corp⁹ xp̄i ib⁹ spēb⁹ sacr̄alibus manet etiā a pctōrib⁹ sumptū. Quare hoc. aūs dicūt q̄ pctōres veraciter 7 sacr̄alit̄: lz nō spūaliter corp⁹ xp̄i suscipiāt. qō cātat ecclesia in ps̄a in festo corpis xp̄i dicēs. Sumūt boni: sumūt mali: sorte tm̄ ieqli vite uel iteritus. Et Aug⁹ sup Joh. ait Multi de altari accipiunt: 7 accipiēdo moriunt. Ad idem est. c. sicut Judas. c 7 sancta. de cōse. di. 2. Tertiū dubiū vtrū peccator qui cuz certa scia in pctō sumit corpus xp̄i: sumat illud dānabiliter. Et q̄ sic ꝑz p dictū apl'i. d. q̄ iudiciū sibi māducat 7 bibit. qō nō est Ꝑm Boñ qa ipsū corp⁹ aliquā maculā vel aie: ß qa pctōr ipsū cōtemnit dū se ꝓpare non vult 7 mundare. Sed aliqs obijcē pōt si manducare corp⁹ xp̄i cū pctō pctm̄ ē: g̃ a simili⁹ videt. g̃ quotiēscūqs existēs in pctō mortali videt corp⁹ xp̄i peccat mortalit̄. Rñdet Tho. 7 Boñ. q̄ visus nō ptingit ad sbam corpis xp̄i: ß solum ad spēs sacr̄ales: ß ille q̄ māducat non solū sumit spēs sacr̄ales: ß etiā xp̄m qui est sub eis. 7 iō a visiōe corpis xp̄i null⁹ baptiçatus. phibet. nō baptiçati aūt nō sunt admittēdi: etiā ad inspectionē dū sacri. ut ꝑz p Diony. in li. ange. hierar. sed ad manducationē nō venient accedē nisi illi qui bñ dispositi 7 mundati sunt.

quare non est simile videre ⁊ sumere ꝟ sacramentū. Quartū dubū est. vtrū accedere ad hoc sacramentū cū conscia pcati sit grauissimū omniū pccatoꝝ Et qbusdā videt qꝫ sic. Primo qa glo. sup illud. i. Cor. xi. c. Qui māducaue rit. ⁊c. De indigne manducāte ait. ac si xp̄m occiderit puniet. ꝟ petrū xp̄m occidentiū videt fuisse grauissimū. ꝫ ⁊ hoc peccatū. 2° arguūt. quia Hiero⁹ dicit in quadā epla. Quid tibi cū feminis q̄ ad altare cū dño fabularis? Die sacerdos dic clerice qualit cum eisdē labijs filiū dei oscularis: quibus osculatus es filiā meretricis? O Juda osculo filiū hominis tradis. Ex quibus ꝟbis videt qꝫ fornicator accedens ad mensam xp̄i pccat sicut pccauit Judas petrō enormi ⁊ grauissimo. Rñdet tamē Tho. vbi sup. qꝫ aliquod petrū pōt dici grauius alio dupliciter. vno modo p se. alio mō p accidens. Per se quidē ꝫm rōnem sue speciei: que attendit er pte obiecti. ⁊ ꝫm hoc quāto id cui qō pccat est maius? tanto pccatū est grauius. ⁊ qa diuinitas xp̄i est maior humanitate ipsi⁹: ⁊ ipsa humanitas est potior qꝫ sacra humanitas. Inde est qꝫ grauissima pccata sūt que cōmittunt in ipsam diuinitatē: sicut est pccatū infidelitatis ⁊ blasphemie. Secundario aūt sunt grauia pccata que cōmittunt in humanitatē xp̄i. Tertio aūt loco sunt pccata que comittunt cui sacra que ptinent ad humanitatem xp̄i Et post hoc sūt alia petā contra puras creaturas. Per accidens autē vnū pccatū est grauius alio ex pte peccantis: puta pccatū quod est ex ignorantia ul infirmitate leuius ē petō qō ē ex ptēptu uel ex certa scientia. Et eadē ratio est de alijs circūstantijs. Scōm hoc ergo coicare in petō mortali in quibusdā potest esse grauius. sicut in his qui ex actuali contemptu in cōscia peti ad hoc sacrm accedunt. In quibusdā vo min⁹ graue puta in his qui ex quodā timore ne re pprelxendant in petō cum cōscia peti hoc sacramentū suscipiant. Sic ergo patet qꝫ hoc petrū ē multis alijs grauius ꝫm suā spēm: nō tū oiuz grauissimū. Ad primū ergo dicendū qꝫ pccatū indigne sumentū hoc sacrm compatur pccato occidentū xp̄m ꝫm similitudinem. quia vtrūq; cōmittit cōtra corpus xp̄i. nō tū ꝫm criminis quātitatē. Petrū eni occidentiū xp̄m fuit multo grauius. Primo quidē quia illud pccatū fuit cōtra corpus xp̄i in sua specie propria. hoc aūt ē contra corpus xp̄i in specie sacramenti Secundo quia illud pccatū. pcessit ex intentiōe nocendi xp̄o nō aūt ꝟ petrū. Similiter fornicator accipiēs corpus xp̄i cōpat Jude osculanti xp̄m q̄tū ad similitudinē criminis. quia vterq; ex signo caritatis xp̄m offendit. nō tamen q̄tuz ad criminis quātitatē. Nec tamē similitudo non minus cōpetit alijs pccatoribus qꝫ fornicatoribus. nam ⁊ q̄ alia petā mortalia agit contra caritatē xp̄i: cuius signū ē hoc sacrm: tanto magis quāto pccata sūt grauiora. Scōm qd tū pccatū fornicatiōis magis reddit hominē ineptū ad pceptionē huius sacramenti. inq̄tū. s. p hoc pccatū spūs maxime carni subijcit. ⁊ ita impedit feruor dilectiōis qui requirit in hoc sacro Plus tamē ponderat impedimētū ipsi⁹ caritatis qꝫ feruor eius. vnde etiā pccatum infidelitatis: quod fundit⁹ sepat hominē ab ecclesie vnitate simplicit loquendo maxime hominē ineptuz reddit ad susceptionē huius sacramenti. vnde grauius pccat infidelis accipiens hoc sacramentū qꝫ pccator fidelis. ⁊ magis contemnit xp̄m ꝫm qꝫ est sub hoc sacro presertim si nō credat xp̄m vere sub hoc sacramēto esse. qa q̄tū ē in se diminuit sanctitatē huius sacri: ⁊ ꝟtutē xp̄i operantis in hoc sacramento: quod est cōtemnere ipsuz sacramentū in seipso. Fidelis autē qui cum conscientia pccati sumit contemnit hoc sacramentū nō in seipso: ꝟ q̄tū ad vsuz indigne accipiēs.

De potestate cōsecrandi concessa sacerdotibus rite ordinatis ꝫm formam

ecclie: qui soli conficere possunt.

Capitulum.3.

TErtium mysteriū qō apl'us annotauit dicitur consecrationis. ibi. Hoc facite in meā cōmemorationē. In quibus verbis ꝑm Fran. data fuit potestas consecrandi aplis: q̄ ut dictū est in p̄cedentib⁹ fuerūt tūc a xp̄o ordinati sacerdotes. Sz hic quat⁹ uor dubia adhuc occurrūt aperienda

Primū. vtrū angeli habeant ptātem consecrandi. Et respondet Alex. in. 4. q̄ non. eo q̄ ⁊us talem potestatē ipsis nō dedit. ⁊ hoc congrue. Primo q̄a virt⁹ transubstantiandi elementū in corpus xp̄i ⁊ sanguinē data est verbo sensibili vnde cuius est p̄ferre verbū sensibile: eius est ministerialiter mediante verbo tali consecrare. Inquit enī Aug⁹. i. q. i. in. c. tetralx. Accedit verbū ad elementum ⁊ fit sacramentū. Secunda rō ē q̄a si sacra ministrarent hominē p angelos. esset homo in sua reparatione subiectus angelice nature: ⁊ sic nō esset per xp̄m solū restitutus in p̄stinā dignitatem. Secundū dubiū. vtz aliq̄s non sacerdos possit consecrare. Et rñdeo q̄ non. imo si omnes homines mundi non sacerdotes essent sci ⁊ iusti: ⁊ p annos ⁊ annos dicerent verba p̄secrationis sup debita materia cum intentiōe p̄secrandi nunq̄ consecrarent. Ideo scribit de sū. tri. ⁊ fi. ca. c. i. Hoc vniq̄ sacramentū nemo potest conficere nisi sacerdos q̄ rite fuerit ordinatus ꝑm claues eccle: quas ipse concessit aplis eorūq̄ successoribus ibs xp̄s. ⁊ eccl'ia cantat sic. sacrificiū istud instituit: cuius officiū cōmitti voluit solis p̄lbyteris quib⁹ sic ꝓgruit: ut sumāt ⁊ dent ceteris. Et. 25. di. in. c. p̄lectis. dicit. Ad p̄lbyteros pertinet sacramentū corp̄oris ⁊ sanguinis dñi in altare dei cōficere. Tertiū dubiū. vtrū sacerdotes mali ⁊ p̄ccatores possint consecrare. Et rñdet Bon. in. 4. di. 13. q̄ sic. quia officius consecrādi nō est ex p̄pria sanctitate: ut quidam hæretici dicunt: sed ex auctoritate. Tho. ꝓo in. 3. parte. q. 81. ait. Nō ex hoc ipso alios desinit esse minister xp̄i q̄ est malus: quia dñs habet bonos ⁊ malos ministros: qui cum auctoritatē habent consecrandi: consecrare possunt. Unde Aug⁹. i. q. i. c. intra. ait. Intra catholicā ecclesiā in misterio corp̄is ⁊ sanguinis dñi: nihil a bono maius: nihil a malo minus p̄ficit sacerdote: qa non i merito consecrantis: sed in ꝓpio p̄ficit creatoris ⁊ in virtute spūs sancti. Ad idem est. c. vt euidenter. c. ppbe. c. cum scriptura. c mixti seculariū. ⁊. c. sacerdotes. Quartū dubiū. vtrū sacerdotes hæretici. scismatici. excoicati ul' degrada: i possint cōficē. Et rñdet Bon. in. 4. dis. 13. q̄ aliq̄ voluerūt distinguē q̄ sacerdotes mali quidam occulti sūt mali: ⁊ tales possūt cōsecrare. Alij ꝓo sunt manifeste mali ⁊ ab ecclesia p̄cisi: sicut hæretici: ⁊ alij p̄dicti: ⁊ tales nō possunt. Et ad hoc allegant dictum Aug⁹. i. q. i. c. extra catholicam. Extra catholicam ecclesiā nō est locus veri sacrificij. Et Hieronym⁹ i c. odit. qui dicit. Odit dominus sacrificia hæreticorū: ⁊ a se p̄oiecit. ⁊ quotiens in nomine eius cōgregati fuerint detestate fetorē eorū: ⁊ claudit nares suas. Habent etiam ibi. c. nō oportet. Sed tamen positio ista falsa est: ut patebit. Ideo dicendum ⁊ melius q̄ sacerdotes omnes p̄nominati consecrare possunt: quia potestas p̄secrandi eukaristiam ut inqt Tho. ⁊ omnes theologi pertinet ad caracterē sacerdotalis ordinis. Caracter autē indelebilis est. Ideo dicendus q̄ i sacramēto duo attēdunt. s. sacramēti veritas que consistit ꝗtum ad rem primā: ⁊ sacramenti vtilitas: que consistit ꝗtum ad rem vltimā: que est incorporatio uel vnio: ꝗtū ad corpus mysticū Si de veritate sacramēti loquamur veritas saluatur vbi ex parte ministri est ordo ⁊ intentio. ⁊ verbi p̄olatio: cū adest verbi ū elementū. Si aūt loquamur ꝗtū ad vtilitatē. dicendus q̄ sacerdos non ꝓficit ad vtilitatē suā ⁊ assistentiū

Malus occultus ad damnū suum tm̄: nihilomin⁹ ad vtilitatē assistentiū qui deuote audiunt missam. Sed p̄cisus & hereticus ad damnationē suā: & oiū assistentiū. Quia ergo in p̄cisis & hereticis manifestis priuatur sacramentuz omni fructu: q̄uis sit ibi corp⁹ xp̄i verū. Ideo loquūt sacri canones ipsoz sacrificia detestantes nō rōne opati operis: sed damni. Ric. ꝓo m. 4. dicit q̄ p̄fatos sacerdotes posse hoc sacrificiū ꝓficē intelligitur dupliciter. aut de iure: aut de facto. Primo modo nō omnis sacerdos potest hoc sacramentū conficere: qa nec irregularis nec suspensus: nec interdictus: nec excoicatus: nec scismatic⁹: nec hereticus: nec degradatus ꝑ sacrim potest de iure cōficē: qa cuilibet p̄dictoz prohibitus est potestatis sacerdotalis vsus. vnde conficiendo grauissime peccant. Secūdo modo .s. de facto quilibz ipsoz potest ut predictū est. Cōsideret itaq; laici quanta ē sacerdotalis dignitas: quanta sacerdotibus data est ptās Non sint ipsi sacerdotum iudices: & ex consequenti sacramentoz̄ contemptores. de quo plenius diximus i opere de virtutibus. Venerentur & colant illos ut patres: ut dominos & tanti sacramēti ministros. Preparent se omnes cuz oi humilitate & reuerentia ad sacrā coīonem de illoz̄ manibus suscipiendam. Ipsi ꝯo sacerdotes studeant p̄ viribus nitorem mentis & anime conseruare: viuereq; munde & caste: ut sic digne conficere possint & dispensare fidelib⁹ absq; propzio detrimento: imo cum merito & benedictione dei sacratissimū corp⁹ filij eius dñi nostri ihu xp̄i: qui est benedict⁹ & laudabilis per infinita secula seculorum. Amen.

Feria quinta i cena domini. de exemplis a christo nobis exhibitis: in quib⁹ eum sequi debemus & precipue tempore sacre eukaristie communionis.

Exemplum

eni dilectissimi vobis ut quemadmodū ego feci: ita & vos faciatis. Dixissimi ihu verba sunt ista Joh. 13. c. & in euangelio hodierno. Suscepturi sanctissimū sacramētū hodierna die uel in p̄ma solennitate paschali diligenter ac solicite inuigilare debem⁹: ut ad illud accedamus cum omni mundicia: puritate ac reuerentia. Id autē facere poterimus si voluerim⁹ imitari exēpla virtutum: que vouit nos ipse xp̄s in vltima sua cena. In illa nanq; vouit nos omnes quid coīcando essemus facturi Idcirco in p̄senti sermone ꝑ morali declaratione euāgelij de exemplis moralibus spiritualiter in eo cōtentis: & a oño ihu xp̄o nobis oblatis erim⁹ tractaturi: quoīā ad illa xp̄s ihs nos inuitat. In quibus totum euangelū hodiernū cōplectendo septem exempla deuotissima declarabimus.

Primū dicit memorande mortalitatis
Secundū consumande caritatis.
Tertū tolerande aduersitatis.
Quartū p̄temnende p̄speritatis.
Quintū obseruande castitatis.
Sextū exercende humilitatis.
Septimū desiderande felicitatis.

Qualiter xp̄us vouit nos exemplo suo memores esse mortis acerbissime: quā p nob⁹ pctoꝛib⁹ ex caritate & amore patientissime tolerauit. Cap̄m. j.

Primum exemplum quod xp̄us nobis exhibuit dicit̄ memorā de mortalitatis. Ipse eterni memor erat mortis sue: quod euangelista exp̄mit. d. Ante die festū pasce sciens ihs quia venit hora eius ut transeat ex hoc mūdo ad patrem. Pro quoū ꝯo declaratione tria sunt notanda. Primū quid p hoc nomē pascha intelligat. Et ad hoc sic dicit Aug⁹ sup Joh. Pascha nō sicut q̄dā estimant grecū nomē est: sed hebreum Opportunissime tamen

PRima conclusio dicit institutionis. In qua dicimus circũcisionis sacramentũ conuenienter fuisse institutũ: q̃a deus illud instituit: sicut pz Gen. xvij. vbi sic habet. Circũcidetur ex vobis omne masculinũ: ⁊ circũcidetis carnẽ prepucij vestri: ut in signũ sit federis inter me ⁊ vos. Infans octo dieruꝫ circũcidet̃ ex vobis. Cuius autem institutionis conuenientia triplex assignat a Ric. in. 4. di. i.

Prima est ratione morbi.
Secunda est ratione temporis.
Tertia est ratione persone.

¶ Prima conuenientia est rõne morbi contra quẽ circũcusio fuit instituta: qui erat peccatũ originale. Quod expresse representabat circũcisio: ⁊ q̃tũ ad cãm ⁊ q̃tum ad processum: ⁊ q̃tuꝫ ad effectũ Contrahit enim peccatũ originale p propagationẽ libidinosam: quã cãm circũcisio representabat ratione mẽbri in q̃ fiebat: quod deseruit virtuti generatiue Processus aũt fuit circularis. quia ut dic̃ Anselmꝰ. ꝑmo psona corrũpit nãz deinde natura psonã: quẽ. processũ repñtabat circũcisio p circularẽ pellicule incisionẽ. Effectus vero est superabundantia concupiscentie: quẽ repñtabat superfluitas pellis que ab ipso membro separabatur. Ideo non tñ causa ⁊ processus: ⁊ effectus originalis peccati: ꝙ etiã deletio p circũcisionẽ significabat.

¶ Secunda conuenientia fuit ratione

temporis in quo instituta fuit circūcisio Erat.n.quedā dispositio ad suscipiēdū legem:7 ad distinguendū populum cui danda erat lex ab alijs populis. Et iō anteq̄ lex daret debuit istitui. Fuit etiā istituta circūcisio ad significādū ppīm qui eēt deo peculiaris:7 suo cultui mācipandus. ¶ Tertia conuenientia ꝺ ratione persone: cui data fuit: qui fuit Abrahā de quo dicit Gen.17. Tulit autē Abrahā Ismaelem filiū suum:7 omnes vernaculos domus sue: vniuersosq̄ quos emerat: cunctos mares ex omnibus viris domus sue:7 circūcidit carnem preputij sui. Et Ismael filius eius.13.annos impleuerat ante temp⁹ circūcisiōis sue. Eadem die circūcisus est Abrahām 7 Ismael filius eius:7 omnes viri dom⁹ illius tam vernaculi q̄ empticij:7 alienigene pariter circūcisi sunt. Ipse equidem Abrahā post diluuium specialius se diuino cultui mācipauit. Unde exiuit de terra sua:7 de cognatiōe:ut se ab infidelibus separet. ut habet Gen.17.c. a quo erat descensurus populus qui legem scriptaz erat suscepturus. 7 de cuius genere nasciturus erat sanctus sanctorū. Et hoc ē qꝺ dicit apl's Ro.4. Signū accepit circūcisionis signaculum iusticie fidei: que est i prepucio: ut sit pater omniū credēciū. Huic dixerat deus Gen.12.c. Faciam te in gentē magnā 7 benedicā tibi 7 magnificabo nomē tuū:eris q̄ benedictus. Benedicam benedicentibus tibi: 7 maledicam maledicentibus tibi: atq̄ benedicentur in te vniuerse cognatiōes terre. De cuius promissionib⁹ a deo sibi factis plenius suo loco dicemus. Hūc vero hoc tm̄ concludere sufficiat q̄ circūcisionis mandatum Abrahe de⁹ dedit:quia erat fidelissimus:amicissimus 7 obedientissimus: sicut patet legentib⁹ sacram scripturam.

¶ Q̄ obseruatus est debitus ordo i instrumento circūcisionis. Caplm.z.

Secunda conclusio dicit obseruationis. Obseruatus etenim ē debitus ordo i huiꝰ sacri dispensatione:quia fiebat cū debito instrumēto.s.cum cultello petrino. Unde Josue 5.c.dns ait. Fac tibi cultros lapideos 7 circūcide filios israhel. Ubi dic Ric. q̄ hoc nō erat necessariū nisi in casu speciali. Et scōm Algonē.li.p. de sacramētis.parte.iz.c.z. cultellus de petra factus significat xp̄m: de quo dicit apl's i. Cor.x. Petra aūt erat xp̄s. propē quē ab electis omnis erat abscindenda corruptio. Fiebat insup circūcisio octaua die.ut patet ex dictis in prima pclusiōe Et si dicatur. Hoc non est verum: quia habet Josue.5. Populus qui natus est in deserto per quadraginta annos i itinere latissime solitudinis incircūcisus fuit:7 postea circūcisi sūt a Josue i galgala:7 ista dilatio circūcisionis nō fuit p̄m legem eis imputata in peccatū. Respōdet Ric.ex glo. Aug̃.q̄ cū illis fuit dispensatum inspiratiōe diuina triplici de causa:ut nō tenerent circūcidi in deserto. Nam ut habet Numeri.9.quādo nubes eleuabant: de tabernaculo de bebant proficisci. Et quia non prescibāt facturam eleuationē nubis: nō potuissent sine nimio grauamie proficisci: q̄s de nouo essent circūcisi. Ideo dispensatū fuit cū eis:ut non tenerentur circūcidi in deserto. Et etiā qa dū erant in deserto: in quo nō alij habitabant cū eis erāt sufficiēt distincti ab alijs populis. Quare autez circūcisio fiebat octaua die: triplex ratio assignari potest.

¶ Prima ratio est scōm intellectum tropologicum.

¶ Secunda ratio est scōm intellectū anagogicum.

¶ Tertia rō est p̄m intellectū historicum.

¶ Prima ratio est p̄m intellectū tropologicum:7 ē ista. Ut octo dies accipiāt p octo que requirūtur ad circūcisionē spiritualem.

Primū est peccati cognitio.

Secundū est propositū deserendi malū

z faciendi bonū.
Tertium est pudor de peccato.
Quartū est timor de futuro iudicio.
Quintum est contritio.
Sextum est confessio.
Septimū est spes venie.
Octauū est satisfactio.
In quibus omnibus velut in octo diebus peccator iustificatur.

¶ Secunda ratio ē fm intellectū anologicū: quam tangit Ugo li. p de sacramentis. c. z. dicens. Octonarius in sacra scriptura aliquando temp⁹ resurrectionis significat: quod post presentem vitam septem diebus currit. Sequitur autē tempus gratie: in quo quasi post sabbatū legis eterna bona deo seruientibus promittunt. Merito ergo circūcisio iussa ē fieri octaua die: ut ostēderet qp in tempore gratie corda circūcidēda erant p emundationē iniquitatis: z in tempore resurrectionis corpa p depositionem corruptionis. ¶ Tertia ratio ē scōm intellectū historicū: seu litteralem Nam sicut dicit rabbi Moyses maximus phūs z theologus iudeus. puer in septē diebus tāte teneritudinis ē: quāte est adhuc in vtero matris. In octaua autē die fortificat z solidatur. Et ideo noluit deus ante octauū diē circūcidi: ne ob nimiā teneritudinē nimiū lederet. Et ne parentes quorū amor p. processus temporis crescit ad filios: subtraherent filios a circūcisione: noluit qp vltra octauū diē differret. Sz circa hoc contingit dubitare: qa ut dicit Ugo de sacramentis vbi supra. illi qui ante diē octauum decedebant saluabant in fide parentū: qui ante octauā diem non debebant circūcidi. Et magister sententiarū cōtrarium videtur sentire. di. i. quarti. vbi dicit qp necessitate mortis aī octauā diē circūcidebant. Ad quorū ꝓcordiam dicit Ric. qp si circūcisio fiebat ex necessitate mortis ante octauā diē suus habebat effectū: z tamē si non fiebat. propter timorez ne acceleraret mors pueri puer saluabatur in fide parentum. Vñ dicit Ric. qp non est consentiendū magistro: qp tales peribant sicut paruuli q modo moriuntur ante baptismum. Noluit enī deus puerū obligari ad circūcisionē ante octauā diem. Si aūt queratur quare mulieres nō circūcidebāt: assignari possunt plures rationes. Prima ratio est Alexandri de ales in ḡrto volumine sume sue. z Ric. i declaratiōe littere. s. quia corruptio nature p quaz peccatū originale cōtrahitur principalius fuit a viro qp a mliere. Hā si Adā non peccasset postqp Eua peccauerat: petīm originale proles eius non contraxisset. ¶ Secunda ratio est eorundē quia mulieris membrū virtuti generatiue deseruiens nō ē aptū circūcisioni sicut virile membrū. ¶ Tertia ratio est fm eosdē: qp circūcisio data fuit i signū distinctiuū. Et quia vir ē caput mulieris: ut dicitur. i. Cor. 9. ideo sufficiebat ad populi fidelis distinctionē signaculum datum viris. Ugo ꝯo de sacramentis libro p parte. iz. aliaz assignat rationē dicens qp in sacra scriptura per masculinū seruz animā. p mulierē ꝯo carnē significari solet: ut ostenderet qp illa exterior circūcisio animabus sanctificationē ptulit: ē carni nō abstulit corruptionem.

¶ Qz conuenienter multis rationibus cessare debuit circūcisio. Capm. 3.

Tertia conclusio dr cessationis Ubi de cessatione circūcisionis inquiri debent: z cōsiderari permaxime tria.
Primū rationis euidentia.
Secundū temporis circūstantia.
Tertium digna obseruantia.

¶ Primū considerandū dicit rationis euidentia. s. qua ratione circūcisio debuit cessare. scōm illud apli ad Gal. 5. Si circūcidimini: xps vob nil proderit Et ad hoc respondet Alex. de ales in. 4. volumine summe z Ric. vbi supra. qa sicut dicit apls. i. Cor. 13. Cum venerit qđ pfectū est: euacuabit qđ ex parte est.

Sed baptismus ē pfectio: medicina q̄ circūcisio :7 q̄rum ad significationē :7 q̄tū ad glie collationē :7 etiā q̄tuz ad amplioꝛē sui ostēsionē. Significat enī sanationē mozbi exꝓssi.: 7 cōfert grāz abundantius. Et etiā ꝗa est sacramētū cōmune: ꝗa sibi nō appꝛopꝛiat nec sexū nec gentē. Unde ad Gal'.3. apl's ait Quicunq; in xp̄o baptiçati estis: xp̄m induistis. Nō est iudeus nec grecus: non est seruus nec liber: non est mascul' nec femina: omnes vos vnū estis in xp̄o. Jō nō est ampli' circūcisio conuenies nec necessaria. Secundus cōsiderandum dicitur tpis circūstantia. Nam ut dicit Ric. legalia habuerunt virtutez suā 7 seruari debuerunt vsq; ad passionē xp̄i sed in passione xp̄i vim suam amiserūt. Cui attestat qđ dicit saluator Joh'.19. Consūmatū est. Tamē p' passionez añ tempus diuulgati euāgelij licitum fuit illis qui de iudeis conuertebanť ad fidem seruare legalia: nō spem ponēdo in eis: sed ad euitandū scandalū: 7 ut lex deduceret ad tumulū cū honoze: ne ac si semp mala fuisset videret repudiari. Post tempus aũt diuulgati euangelij nulli fuit licitū seruare illa legalia. Hic est quod Paul' ut baptet Act'.16. circūcidit Timotheū: quia nōdū erat diuulgatum euangelū: 7 ne iudeos scandalizaret: quia Timotheus erat de matre iudea. Titum aũt quia simpliciter erat gentilis circūcidere noluit: ut in circūcisione Timothei ostenderet sacramenta legalia nō debere dānari. 7 in hoc ꝗa Titum circūcidere noluit ostenderet ea nō esse necessaria. ¶ Tertiū cōsiderandum dicit digna obseruantia. Voluit enī dñs nr̄ ihs xp̄s dignā circūcisionis legem obseruare. Quod conuenienter factuz ostendit Alex. in quarto. ppt̄ sex causas. Prima causa est: ut ostenderet se esse filiū Abrahe: cui data ē circūcisio: 7 cui pdictū erat Gen'.xx. Benedicent in semie tuo omnes gētes. Semē autē istud est xp̄us: ut dicit ad Gal'.4. Unde cuz tota posteritas Abrahe circūcideretur: nō crederet xp̄s esse filius Abrahe: nec ille in quo implende erāt pmissiones: nisi fuisset circūcisus. Secunda causa fuit: ut p subiectionē suaz nos a seruitute legis absolueret. Tertia causa fuit: quia noluit soluere legē sed adimplere 7 termiare. Quarta cā fuit: ut se ostenderet principiū 7 causaz sanctificationis que fiebat per tria remedia contra peccatū. s. per sacrificia a tēpoze Abel usq; ad Abrahā: p circūcisionē ab Abrahā usq; ad xp̄m: a xp̄o p baptismū i nouo testamēto. Unde venit xp̄m esse baptiçatū 7 circūcisum 7 oblatum. Quinta cā fuit: ut esset frater iudeoꝝ: ut ostenderet se esse illū de quo Moyses dixit. Prophetā suscitabit vobis deus de fratribus vestris ap̄sus audite. Deut'.18. Sexta causa fuit: ne iuꝛei occasionē haberēt ipsū nō recipiēdi nisi esset circūcisus. Unde ergo o rationalis creatura quāta fuit hodie humilitas incarnati filij dei. Intuere quanta sit caritas eius q non ppter se ꝺ ppte voluit circūcidi. Contemplare qualiter hodie innocentē sanguinē cepit effundere. Inspice quādo accipit ex manibus matris: ut ducatur ad circūcisionē. Audi matrē dicentē Joseph: q̄ forte eum portabat. Fit tibi cōmissus filius meus paruulus: ut ꝑfectius fieri possit circūcidatur. O virgo sanctissima 7 de filio tuo tenera quid facies quando filium tuū videbis a plāta pedis vsq; ad caput totaliter vulneratū: sanguineq; irrigatum? Remanet i tuguriolo mat expectans filiū circūcisū. O aia fidelis compatere dilecto tuo. Quādo enī circūcidebat: plorabat: flebat: lacbrymabat: clamabat dicēs. a. a. a. q̄si diceret Anima mea: ppter tua peccata hāc penam sustineo: ppter tua pcta sanguinē fundo o anima. Sed multo maioꝛa ꝑte facere sum paratus: quia amoꝛe tuo langueo: amoꝛe tuo vulnerari 7 crucifigi cōcupisco: sed tempus expecto cōuenies 7 idoneū. Reꝓrtat filius matri quem plangentē pre volere ipsa stringit

ad pectus: consolaꝛ eum blanditijs virgo pijssima: ⁊ lacte paſcit virgineo: ei tñ dicere poterat ⁊ non sine lachrymis. O sacratiſſime fili: in quo nullū reperiē peccatū: hodie propter peccatores tāq̄ peccator es vulneratus. Hodie de tuo corpe cum dolore sanguis effluxit. Hodie violentā pnā.p hominib⁹ subire cepisti. O fili mi delicate. Et hi⁹ ꝓbis dilectum ibm osculando alloquebatur. Nos vero matrē cum filio venceremur. ipsamq̄ matrez veprecemur humiliter ut dignet filiuz suū nobis propitiū facere p meritū sue circūcisionis: qui ē benedictus in secula. Amen.

¶ In festo epiphanie. Sermo de eadē.

Fructus.z9. Ihesum adorant reges.

VIdim⁹ stellam eius in oriēte: ⁊ venim⁹ adorare eū. Scribunt hec verba Matth. z.c. ⁊ in euangelio presentis solennitatis. Ne putarent homines xp̄m non esse deū cuius natiuitas a pastoribus tanq̄ a simplicibus fuerat reuelata: aduocati sunt reges ⁊ sapiētes premoniti miraculo nouo stelle apparentis: qui xp̄m natuz in bieruſalē quererunt adorare: ipsumq̄ ibi nō inuenientes non destiterūt a cepto ꝓpposito. ⁊ exeuntes bierosolymā stelle ducatū secuti sunt: que illos ad p̄sepiuz duxit: Vbi xp̄m videntes pannozū viliuz pauperrate cōclusum: tanq̄ deū ꝓ hominū salute incarnatū sunt venerati. Hoc nob sacramentū pie cōtemplandū ꝓponit hodie sancta mater ecclesia. Vbi ⁊ nos studia nostra velemus apponere: ut sil' cum bis regibus xp̄m inueniamus dicentes cum ipsis. Vidimus stellā eius i oriente. i. spiritus sancti gratiā: qua illustrati sumus p patriarcharū oracula p prophetarū testimonia: ac p sanctoꝝ omniū documenta: ut cognoscam⁹ xp̄m filium dei affectuosa mēte a nobis forte colendū. Et venimus adorare eum. In quibus verbis fructus occurrit declarandus: qui est: Ihesū adorant reges. Pro cui⁹ intelligentia de bis regib⁹ tria mysteria considerabimus.

Primū dicit illuminatio.
Secundū dicit affectio.
Tertium dicit deuotio.

¶ De magi illuminati fuerunt apparitione stelle. Capl'm.j.

PRimū mysteriū contemplādū dicit illuminatio. de quo fit mētio in euāgelio vbi dicit q̄ magi isti fuerunt illuminati ut crederēt in xp̄m apparente eis stella miraculi. Vbi tres conclusiones sunt notande.

Prima dicit nominationis.
Secunda dicit apparitionis.
Tertia dicit conditionis.

¶ Prima conclusio dicit nominatiōis Isti eni reges noiant magi. i. malefici Vnde Exo.8. malefici Pharaonis dicunt magi. Dicit eni Criso. istos fuisse maleficos: sed postea conuersos: Quibus dñs voluit natiuitatē suā reuelare Vel dicunt magi quasi illusores: quia Herodem illuserūt. Rabanus vero dic Magi sunt qui de singulis rebus philosophantur. Vnde magus ideꝝ est qō sapiens. Nam perse mag⁹: hebraice scriba: grece philosoph⁹: latine vero sapiēs dicit. Vnde ⁊ magi quasi sapientia magni. De bis sic dicit Remigius. Sciendum est autē q̄ varia est de magis opinio. Quidam eni dicūt eos fuisse chaldeos. Et chaldei pro deo stellā colebāt ⁊ idcirco dixerunt: q̄ nuncupatio eoꝝ deorū ostēderit dū natum. Alij dicunt persas eos fuisse. Nonnulli dicūt illos de vltimis finib⁹ terre fuisse. Alij vero asserūt eos fuisse nepotes Balaā quod ꝑmagis est credendū. Balaā en inq̄t cerā q̄ ꝓphetauit dixit Numeri. z4 Orietur stella ex Jacob: ⁊ exurget homo de israel. Illi vero per hanc ꝓphetiam mox ut viderūt stellā nouā intellexerūt regem natum: ⁊ venerunt adorare eum.

hec Remigius. ¶ Secunda cōclusio dicit apparitionis. Scōm eni qō dicit Crisō. sup Matth. qdā secretoꝝ inspectores de genere Balaam elegerūt de seipsis duodecim. Et si quis moriebat filius eius aut aliquis ppinquoꝝ i eꝰ loco substituebatur & p singulos ānos certo tpe sup montē victoriale ascēdebant. vbi tribus diebus orabant deū ut eis stellā illam quā Balaam pdixerat ostenderet. Quadā autē vice dū sic ibi manerent tres reges: stella quedam ad eos sup montē venit: que baltheat formā pulcherrimi pueri. sup cuius caput crux splēdebat: que magos allocuta ē dicens. Ite velocius i terrā iuda & regem quem queritis natuꝝ inuenietis. ¶ Tertia conclusio dicit conditionis. Fuere nāq; ꝑm Remigiū multi q̄ dixerunt stellā illā spīm sanctū fuisse: q̄ sicut discipulis in flāma ignis apparuit: ita & bis regibus in specie stelle. Alij aūt dixerūt fuisse angelū. Sed vera doctoꝝ opinio ē: q̄ fuit stella realiter de nouo creata. Vnde glo. sup illo verbo. Vidimus stellam eius. dicit. Proprīā. quia hanc deus creauit ad ostēsionē. Dicūt tamē sancti q̄ hec stella ab alijs differebat i multis. ¶ Prima differētia erat q̄a ꝑm glo. sup Matth. differebat i origine q̄a alie facte sūt in mūdi principio. hec ꝯo de nouo creata est. ¶ Secunda differentia erat: quia differebat in officio: q̄a alie stelle facte sunt ut sint in signa & tpa: hec aūtē ut magis viā p̄pararet. ¶ Tertia differentia erat: q̄a differebat in duratione: quia alie stelle sūt ꝓpetue hec autez completo officio suo redijt in p̄eiacentē materiā. ¶ Quarta differentia erat: quia ꝑm Fulgentiū differebat in situ: quia non erat localiter sita i firmamento: ꝙ pendebat i meditullio aeris p̄oxima terre. ¶ Quinta differētia erat quia differebat in fulgore: quia ceteris erat splendidioꝝ: & i meridie splendidissima apparebat: nec splendoꝛē eꝰ splēdoꝛ solis poterat occultare. ¶ Sexta differentia erat: quia differebat in motu: q̄o precedebat magos motu viatoris. Non eni mouebat motu circulari: sed quasi motu pgressiuo. ¶ Septima differentia erat: q̄a differebat ꝑm Crisō. in occultatione & apparitione: quia aliq̄n apparebat: aliq̄n ādo occultabat. Cuz eni intrauerūt bierosolymā occultauit seipsaz. Deinde vbi herodē reliquerūt seipsam mōstrauit. Vñ cōcludit Crisō. Videt hec stella ꝓtuꝰ inuisibilis fuisse in talē apparētiā formata. Sed dubiū in mentē venit ꝓpter ea que dicta sunt quomodo isti xp̄m deū natū i stelle apparitiōe itellexerūt. Et dicit Leo papa in sermone de epiphania. Preter illam stelle speciem: que coꝛpoꝛeū incitauit obtutū: fulgentioꝝ veritatis radius eoꝝz corda pdocuit. Augꝰ ꝯo in li. de q̄stionibus noui & veteris testi concoꝛdare videtur cum sententia Christo. superius allegata. Ait eni sic. Judeoꝝ natū regem intellexerunt cum stella indice tēporalis rex soleat designari. Hi eni magi chaldei nō maliuolētia astroꝝ cursū sed rerum curiositate speculabātur. In sermone ꝯo de epiphania ait. Dicturus es: A quibus audierunt q̄ talis stella xp̄m natū significaret? Profecto ab angelis aliqua admonitione reuelatiōis. Queris fortasse an ab angelis bonis: an a malis? Christū quidem & angeli mali hoc est demones filium dei esse cōfessi sunt. Sed cur & a bonis nō audierunt: quādo in xp̄o adoꝛando salꝰ coꝛ inquirebaꝫ: nō iniquitas damnabaꝫ? Potuerunt ḡ illis angeli dicere. Stella quā vidistis xp̄i est. Ite adoꝛate illū vbi natus sit. Hec augꝰ. Colligimꝰ tñ ex ommibus mentē illoꝝm regum siue apparente illis angelo: siue loquente: siue puerulo in medio stelle fuisse illuminatam intrinsecus virtute spiritus sancti: ut omnes simul intelligerent natum esse filium dei.

¶ De grandis erat affectio magoꝝm erga christum natum.

¶ Capitulum secundum.

Secundū mysteriū cōtemplandus dicit affectio. Tanta etenī affectione ad xp̄m natus magi postq̄ eum cognouerunt sunt moti: ut non terrerent viarus aspitate: quin ad christum querendū omni sollicitudine se precingerent. Nam ab oriente venerunt hierosolymam. Vbi tria occurrūt consideranda.
Primū est velocitas.
Secundū est localitas.
Tertium est iniquitas.

¶ Primū cōsiderandū dicit esse velocitas. Quia ut cōmuniter tenēt doctores cum tredecim dierum esset xp̄us: magi ad eum stella duce venerunt. O si admirari nos cogat: q̄ in tam paruo tpe tanta terrarus spacia venire potuerūt scz ab oriente in bierusalez: que in medio mundi dicit esse sita: potest dici ꝑm Remigiū q̄ puer ad quez ipsi properabāt eos perducere potuit. Vel ꝑm Hieronymū: q̄ sup dromedarios venerūt: qui sunt animalia velocissima: que tātum currunt in vna die: quantū equus in tribus. ¶ Secundū considerandus dicit localitas. Vbi doctores querunt: cur isti magi specialiter venerunt bierusalem potius q̄ ad aliaz ciuitatē mundi. Et respondet Remigius dicens: q̄ bierusalem regia ciuitas erat. Et crediderunt q̄ talis nō nisi in vrbe regia nasci debuisset. Siue venerunt ut locum natiuitatis certū discere possent. Siue ut adimpleret quod dictus est. De syon exibit lex: & verbū dñi de bierusalē. quia ibi primo annūciatus est xp̄s. Siue ut studio magorum damnaretur pigritia iudeorū. Hec Remigius. Quāta vro fuerit tunc iudeorū negligentia: per se patet: qui cum p scripturas inuenerūt xp̄i aduentū esse propinquū: viderūtq̄ reges a finibus terre venisse ad illū adorandum: quibus & ipsi locus natiuitatis reuelant: non curarunt ad eundem locum ipsis profecto vicinū properare. Vnde Aug⁹ in sermone de epiphania ait. Cuz multi nati atq̄ defuncti essent reges iudeorum: nunq̄ quemq̄ illorū adorandum magi quesierūt: quia neq̄ quemq̄ eorū de celo loquentē didicerunt. Non itaq̄ regi iudeorum quales esse illic solebant: hunc tam magnū vonorez longinqui alienigene ab eodem regno prorsus extranei a se veteri arbitrantur. Sed talem natum didicerunt in quo adorando se salutem: quā scōm quod dictus est consecuturos minime dubitarent. Nec eni etas erat saltez cui adulatio humana seruiret: non in mēbris purpura: nec i capite diadema fulgebat: non pompa famulantium: non terror exercitus: nō gloriosa fama prelioꝝ bos ad eum viros ex remotis terris cuz tanto voto supplicationis attraxerat. Jacebat in presepio puer ortu recens: exiguus corpore: contemptibilis pauperrate. sed magnū aliquid latebat in paruulo: quod quidez illi homines primitiue gentium non terra operante: sed celo narrante didicerant. hec ille. Vbi ostenditur q̄ grande argumētum iudei potuerunt habere ex aduentu & reuelatione magorum. ¶ Tertiū cōsiderandum dicitur iniquitas: que Herodis regis mentē inualit: qa audiens aduentum magorum turbatus est: & omnis hierosolyma cū illo timens. ꝑm Crisostomū ne a iudeis de regno expelleretur: & ne etiam a romanis culpari posset: si aliquis rex ibi vocaretur: quez Augustus non constituisset. Et notanda sunt verba ista: & omnis hierosolyma cum illo. scilicet maiores ciuitatis: qui fauebant Herodi. Et colloquio habito Herodes cum sacerdotibus & scribis de loco natiuitatis christi clam vocatis magis: quia non confidebat de iudeis: & ideo voluit suum consilium eos latere: diligenter didicit ab eis tempus stelle: que apparuerat eis: & mittens illos in Bethleem dixit.

Jte⁊ interrogate diligenter de puero:⁊ cum inueneritis renunciate mihi: ut ⁊ ego veniens adorem eum. O malignitas Herodis supbi. O venenosa ⁊ dolosa locutio.o iniqua astutia serpentina: p qua sicut inquit Greg.in omel. adorare volle se simulat ut hunc si inuenire posset extinguat.hec ille.

¶ De multa fuit devotio magorū erga xpm natum. Capl'm.3.

TErtiū mysteriū contemplandū dr devotio. Exeuntes nanq; reges isti bierosolymaz viderunt stellā antecedētē eos: vsq; dum veniēs staret sup vbi erat puer. O quanta fuit tunc in eorū cordibus ꝓsolatio:quādo intrantes domū inuenerūt puerū cum Maria matre eius. Aderat aūt scōm Rabanū diuino nutu Joseph. Et magi tria devotionis ⁊ humilitatis sue signa in xpo paruulo demonstrant.

Primū signū fuit adorationis.

Secundū signū fuit oblationis.

Tertiū signū fuit congratulationis.

¶ Primū signū fuit adorationis:quia procidentes adorauerunt eum. Ubi sic exclamat devotus Bersi. Quid facitis o magi? Lactentē puerū adoratis i tuguriolo vili: in vilibus pānis? Nonne deus iste ⁊ rex est? Et vbi aula regia? vbi thronus? vbi curie regalis frequētia? Nunqd mistri Joseph ⁊ Marie? Isti insipientes facti sūt:ut fierēt sapientes. ¶ Secundū signū fuit oblationis Quia aptis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus⁊ myrrhā. Erat enī traditio antiquoz fm Remigiū:ut nullus ad regē vacuus introiret. Perse aūt ⁊ chaldei talia munera ꝓsueuerūt offerre. fm Aug. in sermone de epiphania. Auruz ascribif ei sicut regi magno Thus imolaf ut deo. Myrrha prebef tanq; p salute omniū morituro. ¶ Certum signū fuit congratulationis. Pie nanq; credere possumus: q; benedictus ille filius quem isti reges tanto labore quesierunt:quē colebant:quē tanto vi/nerabātur affectu:eos absq; leticia abire non permiserit. Idcirco cōsiderem⁹ qualiter i brachijs mris existens aspiciebat magos ilari facie:ipsisq; gestu ⁊ nutu dulciter blandiebat. Non exprimebat verba:sed signis quibus poterat de illoz visitatione ostendebat se letū foze. Et ꝓgo illa mater intacta:que bu manissima erat ⁊ mitis atq; mansueta postq; viderat i bis regibus tanta fidē tantāq; devotionē: multa eis decenter sermone de filio suo est locuta:enarrando qualiter angel⁹ annunciauerat: ipsaq; ꝓcepерat ⁊ parturierat: angelis cantantibus atq; ānūciantibus pastoribus eius natiu tatē: ⁊ quomodo ipe dñs incarnatus fuerat: ut saluū faceret genus humanū. Cōmendabat ex hoc magoz prudētiā sollicitudinē benignitatē: q; ad ipsū videdū tam citō ꝓperauerant:⁊ dicebat eis. Pro vra remuneratiōe sciatis:qa quē adoratis de:cui munera obtulistis rex est. Ipsumq; in brachijs suscipite:quia homo est. Itaq; filiū suū literalissime vnicuiq; eoz amplexandum porrigebat. O virginis cōsueta pietas.o filij dei profunda humilitas.o gratia superexcessiua orientaliū regum:qui a virgine matre filiū dei incarnatū inter sua pectora stringendum suscipiunt. Conemur etiā nos mentes nostrā disponere: qa nec nobis negabit se filius dei. Magi vero admoniti i somnis ne redirent ad Herodem:p aliā viam reuersi sūt in regionē suā. De quo dicit Criso. sup Matb. Cū reuersi fuissent predicantes multos erudierūt. Et venit cum Thomas esset in prouincia illa: baptizati sunt ⁊ facti sunt adiutores predicatiōis illius. Quoz corpa post felicē morte ꝓmo p Helenam Constantini matrē reperta:⁊ in Cōstātinopoli translata. secūdo p sanctū Eustorgium mediolanensem archiepiscopum mediolanū pducta. vltimo p Federicū imperatorē colonia theotonie sūt relata. Anime vero eoz viuunt in eterna gloria. Amen.

Sermo de sancto Joseph.

Joseph fili

David noli timē accipe Mariā pīugē tuā. Nō enī in ea natū est de spū sancto est. Matth. p.c. Dilectissimi in xpō ibu nr doctor Boñ. 45.di.quarti li.sniarū dicit q est nobilissima res nos miseros mortales hoc in mundo habere singularē deuotionē nō solum deo eterno: sed suis gloriosis sanctis: quibus orationes nostre sepe debent dirigi. Et moueri debemus ad ḃ tribus rationibus.

Primo ppter nostrā inopiam.
Secundo ppter diuinā reuerentiam.
Tertio ppter sanctorū gloriam.

¶ Primo ppter nostrā inopiā: qa non meremur in diuino conspectu vnū minimū spirituale meritū: imo sum⁹ pleni demeritis ⁊ peccatis. Ex i oratione sanctor adhæremus ipsor meritis que sunt copiosa in regno celorū. Item qa sum⁹ obumbrati carne mortali: ac pauores amore. Et quoniā aliqui sūt qui ppē vnā specialē passionē magis amāt sanctos q̄ dēū: ꝑm vnā confidentiā; ppē hanc primā rōnez nō dignatur deus ut habeamus sanctos deuotos cōsiderata nostra paupertate. Item quādo cōfugimus ad illas orationes sanctorum confitemur nostraz paruitatē ⁊ agnoscimus sanctos deū. ac eos amore reueremur. Sunt enī multi qui dona agunt respectu sanctor. Et ista opatio non est vana: ꝑ dona. Itez debemus etiā valde venerari sanctos: quoniā consideram⁹ premij altitudinē. Relinquā ergo hoc mane omnes alios sanctos: ⁊ cū oculo cordis aspiciendo ad celū video vnam sedē i qua morat ille virgo sponsus virginis: senex deuotus: pater xpi putatiuus sanctus Joseph. Hic est meus deuotus. venit mihi semel in mente: ut legerem aliquid de eo: ac querendo scripturas sacras reperi: q̄ sanct⁹ Joseph est vnus de glorioso:ibus sanctis paradisi. Propterea firmaui in mēte mea vnū ꝓpositū bonū: videlicz de habendo eū pro meo aduocato: ac predicare toti mundo q̄ habeant eum in reuerentia. Ideo ꝓpositi p̄dicare de eo: quia i euangelio fit de eo hodie mentio. Et cā veniēdi ad predicationis nostre ordinē assūpsi verba Matth. i. c. i tiemate. In quibus sacratissimis verbis denoto sancti Joseph tres gloriosissimas excellētias vltra alios sanctos.

Prima est excellentia virginalis.
Secunda est excellentia filialis.
Tertia est excellentia diuinalis.

¶ De in beato Joseph fuit excellentia virginalis. Cap'm.).

QAre prima excellentia: que est virginalis. Vbi demōstrato vestris reuerentijs q̄tum fuit excellens meritū Joseph: qui sedet i celis alte sublimatus tribus dignitatibus.

Prima est virginalis vnio.
Secunda est virginalis conuersatio.
Tertia est virginalis auxiliatio.

¶ Prima dignitas vocatur virginalis vnio: in qua videre habem⁹ q̄ int̄ Mariam ⁊ Joseph fuit vn⁹ amor sanctissimus. Nam post filiū suū magis bta virgo Joseph amauit q̄ aliū sanctū. Nā pia mente credi potest: q̄ spiritus sanct⁹ nō vnisset virginem amore ad Joseph amādū: nisi ab ipso spiritu sancto ꝓcessisset ⁊ matrimoniū eoz contractū fuisset. Tu posses dicere. Non fuit vrū matrimoniū: qa ut ait Hiero. aduersus Heluidium: Joseph Marie potius custos fuit q̄ maritus. Et in euangelio. Joseph volebat dimittere eā tē. ergo nō fuit vr matrimoniū. Magister. 30. di. quarti sentētiarū dicit q̄ inter Mariā ⁊ Joseph fuit vrissimū matrimoniuz. Et hoc idem habetur. 27. q. 2. c. Institutū. Et hoc tenent Ric. ⁊ Boñ. 30. di. quarti sententiarū. ⁊ Alo. tertia parte q. 29. sequentes sententiā mḡri. Quod

ꝛclarant duobus modis. ¶ Primo q̄ in matrimonio est quedā pfectio in esse primo. ⁊ in esse secundo. Prima in esse primo, pspicit que sunt ꝛ essentia matrimonij. Secūda, pspicit quendā actū particularē qui est actus matrimonij. Item illud quod est in esse primo in seō matrimonio est quedā mutua potestas quam dat sponsa suo sponso: ⁊ ecōuerso simul viuēdi: ac sibi ipsis inuicē seruiēdi: quo ad obsequia matrimonialia: tm̄ nō quo ad copulā carnalē. Et ista vnio fuit inter Mariā ⁊ Joseph. Secunda que est in esse secundo: que pspicit actū matrimonialē non fuit inter Joseph ⁊ Mariā. quia licz amarent se tanq̄ spōsos: ac insimul habitarent: cōmutarūt copulā carnalē p̄r spiritus sancti operationē in copulā virginalem. ut in. c. Beata Maria. xxj. q. ij. Nam quādo Maria stabat in tēplo: pontifices querebant eam nutrire sm̄ legem: ⁊ ipsa vouerat virginitatē. Et. ppter hoc non fecerat contra legis debitum: quia ipsa virgo copulam matrimonij: operatiōe spiritus sancti mutauit in virginitatez quoniā sic erat volūtas dei. Et similiter fecit Joseph. Et verbis Hiero. respondeintelligendo maritū largo modo i quo intelligit̄ actus matrimonij. Propterea dixit magis custos q̄ maritus. Item quia fuit error hereticorū dicentiū malum ꝛ virgine. videlicz q̄ habuerat coitum cū Joseph. ideo Hieronym⁹ ipsaz excusando dixit verba predicta. Et adversus Heluidium reddit rationem: ut infra dicam. videlicz ꝛ verbis Joseph qui voluit Mariam relinquere. Quia aliqui doctores dicunt q̄ quando Joseph vidit Mariam pregnantē ꝛ spū sancto: icepit dubitare ꝛ ea: ⁊ volebat eam relinquere: ne scandalū sequeret. Crisostomus autē aliter dicit ⁊ ego cū eo. q̄ quādo Joseph vidit Mariā pregnantem: non cogitauit malū aliquod ꝛ ea: sed credēdo bonitati virginis credebat q̄ aliq̄ dei opus esset operatum secrete in ea: propterea voluit recedere. Et iō dicit idē Crisostomus. O inestimabilis venter Marie virginis. Magis enī credebat Joseph virginitati eiq̄ vtero eius: ⁊ magis credebat virginem posse concipere q̄ Mariam posse peccare. Dic mihi quis te mouet ad hāc opinionē: nisi q̄ Joseph viderat Mariam: que ei miraculose data fuerat in eius sponsam. Hā ipse erat senex ⁊ Maria quattuordecim annox. Et ut scitis erat a pontificibus preceptū: q̄ omnes mulieres verent se nutrere: ⁊ Maria vouerat virginitatem: ⁊ tamen erat factum dictum preceptū ut habes Deut. vij. c. Propterea Maria nolens legi contradicere dixit. Adam ad pontificem: quoniā virginitatē voui ⁊ narrato negocium. Introiuitq̄ pontifex in sanctasanctox faciens orationē. Et venit vox angelica ac dixit. Cuius florebit virga in manu illam tenentis: ⁊ superueniet columba: date eam illi in vxorez. Et sic factū est. Et tunc multi iuuenes ygam habuerunt ac nemini florzuit. Secūda etiam die orarunt: ⁊ data fuit Joseph virga i manu: ⁊ florzuit: ⁊ columba descendit super eum. Tunc pontifex spiritu sancto inspiratus dedit illi Mariam i sponsam. Et ob hāc rem potuit Crisō arbitrari q̄ Joseph nō aliter intelligēpotuerit: nisi q̄ a re diuina hoc, pcesserit in Maria. Alia ē opinio q̄ Joseph vidēs ygine pregnātē cernebat vnū splēdorē i ea tā reluceutē: q̄ eribat a sensib⁹ q̄ nō poterat eam intueri: ideo volebat eam dimittere. Propterea cogita quāti meriti est Joseph: qui talem habuit in vxorē virginē. Itē considera quantus erat amor Marie erga sponsum suum. Nam erat sanctior ceteris alijs: cupiebatq̄ prophetarū salutē: ac aliorū ceterorum. ergo nō dubites q̄ etiā Joseph salutem desiderabat: quē tantuz diligebat. Et ista est virginalis vnio. Hā tantū fuit cum virgine vnitus: quantū fuit sponsus virginis. ¶ Tolle secundaz dignitatem que fuit virginalis cōuersatio. Joseph enī habuit istā excellentiaz

ſ. virginalis conuersationis: ⁊ vidit innumerabiles dei gratias. Et aduerte q̄ ista est regula generalis: q̄ qui malam habent societatem in hoc mundo male agunt ⁊ ecōuerso. Quot sunt qui i nocte natiuitatis xp̄i ludūt ⁊ blasphemāt deum ⁊ virginē? O canes proditores. Erit vnus qui bonam habebit voluntatem: ⁊ vn⁹ ribaldus destruet eā. Amb⁹ dicit q̄ virgo fuit sanctior aliis: mater dei: ac plena spiritu sancto: ⁊ erat virgo non solū corpore: sed etiam mēte ⁊ corde. nec in ea fuit vnq̄ macula alicuius peccati. Et propterea q̄d credis q̄ agebat Joseph: q̄ pluries videbat sponsam suā nocte surgentem ad orationē: ac de nocte sepius plorare? Non credis q̄ ad tene agendū inflāmabatur? Arbitror q̄ sepe orabat cum orāte. Credo q̄ quando ꝑgo benedicebat deū: ipse etā illum benedicebat cum benedicente. Et non dubites q̄ conabat̄ cor suum humiliare: sicut faciebat virgo. Cōsidera q̄ dulcia erant eor colloquia. Mā quādo Maria loquebatur de deo. ille stupebat. Jtē cōsidera q̄ oū stetit ⁊ habitauit cum virgine tot ānis: ipse semp disponebat: intuēs gesta ⁊ modos Marie: ducere vitā suam de bono in melio⁹. Et nō fuit sanctus qui istud habuerit donū. Nam nō. xz. nō. xō. sed. xo. annis stetit cum Maria virgine. Non credis q̄ Maria ipsū sume diligebat: ⁊ sume ipsū debebat amare? Certe sic. De morte vero Joseph clare in sacra scriptura nō reperitur: sed credendū q̄ parū ante baptismū xp̄i mortuus fuit: q̄a quādo xp̄us disputabat i templo viuus erat: tamē tpe passionis non fit de eo mētio.

Tertia dignitas Joseph fuit ꝑginal' auxiliatio. Nescit mundus dicere dilectissimi q̄ ē larga ⁊ magna Marie dignitas. Unde Bern⁹. Dib⁹ oia Maria facta est. Sapientibus ⁊ insipientibus copiosissima caritate se coicat. Que est peccatorū spes? Murgo. Que ē spes desperator? Gloriosa virgo. O quot infundit gratias continue peccatoribus. Non est homo qui eam inuocat: q̄ non impetret ab ea gratias: si sūt honeste. O Joseph non debes recipere ⁊ tu a sponsa tua etiaz pro omnibus deuotis tuis gratiā? Certe sic. Quādo tu eius partui assuisti: ⁊ i omni suo negocio ei auxilium tribuisti ut patet. Quando ꝑgo in egyptum aufugit. quis eam associauit? Joseph. Et ille quidez sepe adiuuabat virginez fasciare puerū quietū: qui etiam stabat ad laborandū ut virginem adiuuaret. Hiero⁹ dicit q̄ Joseph erat carpentarius: laborabatq̄ de arte sua: ut daret edere illi qui dat toti mūdo comedere. Et Aue. z. c. Quando Joseph ⁊ mater ibant querendo puerū ihc̄ sum illis tribus diebus plorantes: q̄a videbo Joseph Mariam plorantez ipse etiā plangebat. Quis reperietur qui tantuz seruierit virgini sicut Joseph? Si ergo est Maria ita gratiosa: q̄ qui dicit ad eius reuerentiā vnū aue Maria: facit sibi gratiam: quāto magis credis q̄ fecerit Joseph q̄ tanto tpe sibi ⁊ xp̄o seruiuit? Ego discretioni tue relinquo.

Qz Joseph habuit tres alias dignitates vltra omnes sanctos. Caplm. z

Quarta secundaz excellentiā: que est filialis. Et in ista etiam tres alias dignitates ānotabimus vltra omnes sanctos.

Prima est electio.
Secunda est honoratio.
Terna est consolatio.

Prima est electio. Ut enī dicit Boñ. xp̄s est pater omniū electorum. Elegit nanq̄ xp̄s omnes qui saluari debebant p̄o filijs. ⁊ similiter elegit prophetas ⁊ patriarchas. Mā dixit apostolis: filioli mei. Jtem etiā martyres ⁊ confessores filios appellauit. Joh. i. c. Dedit eis potestatē filios dei fieri bis qui credūt in noie eius. Sed Joseph ꝑ patre putatiuo electus fuit. Et nō quare fuit electus ad istud ministeriuz: q̄a ut dicit Hiero. xp̄s habet patrem in celo absq̄ matre.

Et dicunt doctores ꝓculcando oēs hominū impugnationes: q̄ prima rō fuit ꝑm sententiā Ambrosij ad dēmōstrandū carnis genealogiā, ꝓpter aduēntū xp̄i quia erat de tribu Dauid ⁊ ipse Joseph Itē ⁊ secundo fuit respectu celādi istud mysteriū: ⁊ ad decipiendū diabolū. Alij signat etiā aliā rationē Piero. q̄ fuit cōueniens ne Maria lapidaret a iudeis credentibus ipsam cōmisisse adulteriū. Nōne ē signū magni amoris recōmittere sibi tātū thesaurū? ergo sanct⁹ Joseph est magnus nimis. ¶ Secūda excellentia vocat bonoratio. Inter alios sanctos: ⁊ quere quem vis: non reperies post virginē cui homin⁹ fecerit tātā gratiam: ⁊ tantū honorē: quantus Joseph fecit. Glide Luc̄. 2. c. Et erat subditus illi. Et Piero. dicit. Jhesus subiectus ē parentibus suis. Nam colebat ipse matrem cuius erat pater dē. Talis subiectio erat: q̄ illa diuinitas aliquādo familiariter mistrabat Joseph: dabatq̄ sibi tobaleam ad tergendū man⁹: ergo nō dubites q̄ multa obsequia familiaria fecit xp̄s Joseph. ¶ Tertia excellētia vocat consolatio. Quis sanctorum habuit maiorē consolationez in mūdo Joseph? Consolationē habuit Petrus qui manducauit ⁊ bibit cum xp̄o. Ꝯpeni efficiebatur ut fatuus. Item quādo Johānes dormiuit supra pectus dñi. o quātā cōsolationē accepit. Ibi enī fluenta euangelij de ipso sacro dñici pectoris fonte potauit. Franciscus dū semel oraret cum manibus in cruce: xp̄us eū vocauit. Amice Francisce tolle crucem ⁊ sequere me: ⁊ effect⁹ fuit tanq̄ fatuus Quando in monte aluerne recepit stigmata: qualem consolationem habuit cogita. Exibat fere ex dulcedine sibi aia Etiā quādo fratri Rufino appuit virgo cuz filio in brachijs: tantā ex illa vīsione recepit consolationē: q̄ quasi aia exiuit. Sed Joseph quantā cōsolatiōez recepit: quando in nocte vidit angelum sibi dicētē: Joseph fili Dauid noli timē accipere Mariā coniugē tuā. Itē quā consolationē recepit: quando nat⁹ fuit xp̄s credens ipsū esse filiū dei? Item q̄n audiuit angelos cantantes: Gloria in altissimis deo? Quando audiuit Symeonē tenentē xp̄m in vlnis ac dicentē Nūc dimittis seruū tuū? O Joseph quāta erat letitia tua. o quantū gratulabaris quando cogitabas habitasse tanto ꝓpe cum xp̄o: quandoq̄ stabas cum ꝑgine ⁊ xp̄o ad vnā mensaz ⁊ maxime tot annis. Item quando erat duodecim annorum tenebat manū xp̄i cū sua. Quātam letitiā ex hoc capiebat? Ipse veniebat extra sensum. Pie credas q̄ sepius in die xp̄s Joseph osculabat: ut faciūt filij patres. Vere Joseph potest cum ꝓpheta canere: Cōsolatiōes tue letificauerunt animā meā. Ergo anima considera cum fide si audiremus christum loquentē quid ageremus. Creparem⁹ ex deuotione. Et tu Joseph qui tantam habuisti practicā cum filio dei: quomō faciebas? Credo q̄ ex nimia dulcedine ⁊ deuotione exibas a sensibus.

¶ De Joseph vltra predictas habuit etiā alias excellentias. Caplm. 3.

Certiam excellentiā diuinalem vellem dicere: sed non sufficit tempꝰ. Tamē capē ut potes. Tres habuit dignitates in hac tertia excellentia. ¶ Prima fuit simulationis: quia vocatur pater putatiuus. ¶ Secunda gratificatiōis: quia quādo deꝰ aliquē eligit ad aliquē magnū statum: semp sibi magnas dat gratias. Et propterea eligēdo Joseph ad tantū mysterium: quantas gratias sibi dedit cogita ¶ Tertia gratia visiōis: quia vidit oia que ꝓphete predicauerūt de virgine ⁊ de verbo incarnato: qui tetigit eū manibus ⁊ fide. Multa sūt priuilegia Joseph: ⁊ specialiter ista noue que audisti Deprecemur igitur ut intercedat ꝓ nobis ad virginē ⁊ filium: qui in hoc mūdo det nobis suam gratiā: ⁊ in alio gloriam. Amen.

¶ Sermo de beatitudine.

Exultabũt sancti in gloria: letabuntur i cubilib⁹ suis. ps. 149. Nõ põt aliqs pcipere que dei sunt: q ignar⁹ spirituali scia non potest contẽplari. Et, pterea mundum istũ cum vitijs imitat: qui que de⁹ preparauit diligentibus se nõ considerat: Ex pcius, p bono optimo q imenso ymbrã aliqui imo multi accipiunt. Quãobrẽ in pñti sermõe de futura btitudine uel gaudio btorũ sum locutr⁹ ut mens p contẽplationẽ eleuata possit pcipere quodãmodo quãta sit glia future beatitudinis. Et ut illud possim cõprehendere: quinqs considerationes de ipsa gloria faciemus ad bonorẽ quinqs plagarum xpi.

¶ Prima consideratio erit de obiecto nobilissimo animã quietante.

¶ Secũda erit de excelsa gloria corp⁹ nostrum rotante.

¶ Tertia erit de amena patria oẽs btos locante.

¶ Quarta erit de societate iocunda gaudium augmentante.

¶ Quinta erit de liberatiõe certissima ab omni pena tristante.

Declarandũ nanqs est in prima considerationẽ quãtũ sit gaudiũ btorũ in aia quietata, pter adeptionem beatitudinis: cuius obiectũ ẽ ipse deus: que consistit in tribus rotib⁹ anime. Et ad habendã huius noticiaz tres ponemus conclusiones.

¶ Prima cclusio est q finis humane vite atqs pfectio sit ipsa beatitudo.

¶ Secũda cõclusio est q omnes appetũt beatitudinẽ in generali.

¶ Tertia cõclusio est q beatitudo haberi in hac vita non potest.

¶ Pro declaratione prime cõclusionis est sciendũ: q oia que fiunt: fiunt propt aliquẽ finẽ. Ideo inquit Arist. 2. phicorum Omnia ordinantẽ, ppter finẽ: q nõ solũ intellectus: sed etiaz natura agit, ppter finem. Et. 2. metaphi. idem dicit. Finis ẽ causa causarũ. Finis necessitat agẽs Et i causis efficientib⁹ essentialiter ordinatis est deuenire ad efficiens primũ Et ibidẽ. Qui ponũt, pcessum in causis finalibus in infinitũ: auferũt naturam boni. Et. 2. phi. dicit q finis habet nãz optimi. Et ideo ponentes, pcessũ i causis finalibus in infinitũ auferũt finem. Finis tñ duplex dicit bm Boñ. i. 2. di. 15. vz. finis sub fine: q finis principalis q vltimus. Finis sub fine est ipse homo ut dicit Arist. 2. phi. c. 3. Sumus finis quodãmodo oiuz eorũ q̃ sũt. Nã cũcta creauit deus, pter hominẽ ut testat̃ ps Omnia subiecisti sub pedibus eius. 7c̃.

Finis principalis q vltimus est de⁹: ad cuius glorie nõ augmentationẽ in se: ẽ ostensionẽ cũcta creauit. videliczz boiez q angelos: ut glorificarenẽ q beatificarentur. Ideo inquit magister sniaz dis. 1. secundi. Fecit deus creaturã rõnalem ut sũmũ bonũ intelligeret. Summũ bonũ vero deus est. ut dicat Isidor⁹ de sũmo bono. i. c. Ideo ipse de⁹ est finis nre pfectionis. Testat̃ hoc Ric. dis. 49. q̃rti Et etiã Scotus ibidẽ. q sanctus Thomas 2ª q. i. Ob illud eni sũmus opifex ut homo hunc finẽ consequat̃ nõ desinit illum iuuare. Ideo cũcta beneficia que deus homini tribuit etiã aduersa: q̃ umportabilia quibusdaz videnr. ideo fecit ut homo cognoscat creatorẽ: beatificatorẽ: gubernatorẽ: defensorẽ: q diligat glorificatorem. Aug⁹ de ci. dei. li. 8. c. 3. Finis bois appellatur: quo quisqs cum puenerit beatus erit. ¶ Ad secundam nũc cõclusionẽ deueniendo aduertendum est q ipse deus naturalit̃ vnicuiqs indidit q appeteret btitudinẽ. Sed plerisqs arguunt pter sic p illud dictũ Aug⁹ 15. de trini. c. i. Firmissime nouimus non nisi nota amari posse. Dicit nanqs in. 3. de aia: q bonũ apprehensũ est obiectum appetitus. Sed ut dicit Aug⁹. 13. de tri. Beatitudinẽ nõ omnes nouerũt: quia

quidã posuerũt eam i voluptate: quidã in virtute animi: quidã in aliis rebus. Idẽ etiã dicit Arĵ.i.ethicor.6.c. Ergo nõ oẽs appetunt beatitudinẽ. Probat. Essentia beatitudinis est visio diuine essentie. Sed aliq opinant hoc esse ipsi sibile q deus p essentiaz ab homine videatur. vnde hoc non appetũt. Ergo nõ omnes appetunt beatitudinem. Probat adhuc p Arĵ. dicentem. x. ethicorum. c. 8. Felicitas est operatio intellect⁹ scõm propriam virtutem. Sed non omnes appetunt opari fm virtutez: cum multos videam⁹ laborare circa vitia. Ergo ꝛc. Dicendũ fm Ric. 7 Scotũ in ẽrto. di. 19. 7 beatuz Tho. pma secũde. q. 5. q beatitudo potest dupliciter considerari: videlicz primo in generali fm ceẽm rõnẽ beatitudinis: inq̃tũ est bonũ quoddã sufficientissimũ voluntatẽ saciãs. Alio modo in speciali: inq̃tum est illud i quo consistit. Secundo modo non omnes cognoscunt: nec appetunt beatitudinez. sed primo modo beatitudo omnib⁹ est nota: 7 omnes illã appetũt. Hic Aug⁹ 13. de trini. 8. c. Ad appetendũ btitudinẽ natura compellit cui sume bonus creator hoc indidit. Et ibidez dicit. Si vn⁹ dixisset: omnes beati esse vultis: miseri esse non vultis: dixisset aliq̃s q nullus in sua nõ cognoscẽt voluntate. Et Boeti⁹ li. 3. Omnis mortaliũ cura quã multiplicium studiorũ labor exercet: diuerso quidẽ calle procedit: ꝫ ad vnũ tandem beatitudinis finẽ nitit puenire. hec ille. Sed nonnulli superbientes: in quo consistit vera beatitudo nolunt attendere: ideo conãtur lucrari pecuniam ibi credentes esse beatitudinẽ. Exemplũ patet Nam si quis vellet emere aurũ: 7 ostenderet ei auricalcũ: quod nõ cognoscẽt: emeret pro auro. Et si queras. quid vis emere: respondet aurũ: licz ei ostendas auricalcum. Si dicis auaro: quid vis: dicet beatitudinẽ. Vis paradisũ? Paradisum dicet pecuniam: quia ibi credit q sit beatitudo ꝛc. Sed decepti sunt ut patebit iferius. Nõnulli etiã percipiẽtes in quo consistat beatitudo: cũ talis perceptio sit ex munere gratie: facti sũt sibimet ipsis sapientes: 7 voluerunt bn operari. Et sic patz responsio ad pmũ argumentũ. Sed adhuc est notãdũ circa beatitudinẽ in generali. videlz. Si aliquis querat: quomõ cognoscit beatitudo in generali: dico q inata est ista cognitio. Et si queraf quid dico ꝺa sufficientia cognoscitur per indigentiã. 7 si opponaf q priuatio non est via cognoscendi habitum: dicendũ q est quedaz indigẽtia oio priuans: quedã disponẽs 7 inclinans. Et hec est ratio cognoscẽdi. Posset tñ dici q cognitio beatitudinis 7 multarũ rerum naturaliũ nobis est inata. Et si dicaf q anima est ut tabula rasa: hoc intelligit solũ q̃tum ad species 7 similitudines quas querit per sensus. Nec Boñ. i. 4. di. 49. Ad argumentũ secundũ est dicenduz: q cum voluntas sequaf apprehensionẽ intellectus seu rationis: sicut contingit q aliquid est idez fm rem: qõ tamẽ est diuersum ratione considerationis: ita cõtingit q aliquid est idem fm rem: et vno modo appetitur: 7 alio modo nõ appetitur. Beatitudo ergo potest considerari sub ratione finalis boni perfecti: 7 sic naturaliter voluntas est in illud: ut dictum est. Potest etiaz considerari scõm alias speciales considerationes: uel ex parte ipsius operationis: uel ex parte potentie operatiue: uel ex parte obiecti: 7 sic non ex necessitate voluntas tendit ad ipsam. Ad tertium argumentum dicif q q̃uis multi in speciali operẽtur malũ: tamẽ in generali omnes appetũt operari bonũ.

Tertie conclusionis nunc sequif declaratio. Et quoniam demonstratũ est oẽs appetere beatitudinẽ: 7 nõnullos errare: ut talis error de ipsorum mentibus euanescat: demonstrabim⁹ q btitudo in hac vita bateri non potest triplici ratione.

Primo ratione miserabilitatis.

¶ Secundo ratione mortalitatis.
¶ Tertio ratione capacitatis.

¶ Primo inquā rōne miserabilitatis. Beatitudo equidē ut ait Boetius i.3. de consol. status est oiuz bonoz aggregatiōe perfectus. Ex talis status i mūdo seu in hac vita haberi nō potest: ideo beatitudo etiā haberi nō potest. Et m̄ mūdo talis status nō reperiatur patet si consideremus ea in quibus credunt homines beatitudinē reperire. ut puta diuitias: honores: gloriam: potentiam: sanitatem: voluptatem: mundanā scientiam: filiorum ⁊ parētū solatiū: ⁊ filia in quibus plerīq confidunt. In quib⁹ omnib⁹: quot sint miserie declarat Job 13. cum dicit. Homo natus de muliere: breui viuens tempore: repletus multis miserijs. Bernā. libro de improbatione vitiorum. c. vltimo. Omnia que cernis vanarum gloria rerum. Umbra velut tenuis velocē cūcta recedūt. Et Aug⁹ lib⁹. de symbolo. tractatu. x. Ecce ruinosus est mundus: ecce tantis calamitatibus replcuit deus mundū. ecce amarus est mundus. Et si sic amatur: quid faceremꝰ si dulcis esset? O munde immūde tenebras pariens quid faceres si maneres? Quē nō deciperes dulcis si amarus alimenta mentiris? Et Aug⁹ 9. de ciuitate dei. Omnes inquit hōies q̄diu in orbe mortales sunt: miseri sunt Et Boetius in. 2. de multis amaritudinib⁹ humane felicitatis dulcedo repleta est. Que ⁊ si fruenti iocunda esse videatur: tamen quo minus longe cum velit abire: retineri nō potest. Et q̄a hec materia prolixius tractanda erit: cum predicabimus de contemptu mundi. iō Aurelij Augustini auctoritatē discurramus ex. 22. libro. de ciui. dei sūptaz. Queraf ibi Aug⁹. Numera tu etiā si vis mala. cōmunia bonis ⁊ malis. Jō concluditur ex hac prima ratione: q̄ in vita presenti vera beatitudo haberi nō pōt.

¶ Secundo inquā istud ostendit rōne mortalitatis. Inquit enim Aug⁹. 13. de ciui. dei. c. 1. Beatitudo sine imortalitate esse nō potest. Sed i hac vita q̄libet est mortalis. Ergo nō. O fatuitas excecans hominū mētes. o inquam labilis humana miseria. o vita vmbratica. Quāta stulticia est i hoīb⁹ huius seculi: cum mundū non contemnūt. Diligunt celestia. colunt aūt terrena: cū oia in morte deficiant. Ideo hoc cōsiderās Aug⁹ in pma parte sue putationum sic ait. Dita hec vita misera: vita incerta: vita laboriosa: vita imunda: vita dūa malorum: regina superboz: plena miseria: ⁊ erroribus: que non est dicenda vita: sed mors: in qua mōētis singulis morimur per varios mutabilitatis defectus: diuersis generibus mortis. Nunq̄ ergo q̄diu viuimus in hoc mūdo possumus dicere vitam: quam humores tumidant: dolores extenuant: ardores excitant: aera morbidant: esce inflant: ieiunia macerant: ioci dissoluūt: tristicie consumūt: sollicitudo coartat: securitas etetat: diuitie iactant: paupertas deijcit: iuuentus extollit: senectus incuruat: infirmitas frangit: mero: deprimit: ⁊ his omnibus malis mors furibunda succedit: similiterq̄ gaudio istius misere vite finez imponit ita ut cum esse desierit: nec fuisse putet. hec ille. Item Augustinus libro soliloquiorum dicit. Dita mea vita caduca: vita que quanto magis crescit: tanto magis decrescit: quanto magis proceedit: tanto mag̃ ad mortē accedit. Dita fallax ⁊ vmbratica plena laqueis multis. Nunc gaudeo sepe tristor: nunc vigilo iam infirmor: nūc viuo statim morior: nunc felix appareo semper miser: nunc rideo iam fleo: sicq̄ omnia mutabilitati subiacēt: ut nil vna hora vno statu permaneat. Nunc timor: binc tremor: binc fames: binc sitis: binc calor: binc frigus: binc languor. inde dolor exuberat. Subsequitur bis omnibus inopinata mors: que mille modis miseros homines quottidie rapit.

hunc necat febribus: illū oppꝛimit do-
loꝛibus: hunc cōsumit fame: illum siti
extinguit. illum ꝓo suffocat aquis: hūc
pꝛimit flāmis: hunc interimit laqueo:
illum ventibus bestiarum foꝛtiū deuo-
rat. hūc trucidat ferro: illū veneno coꝛ-
rumpit. alterū ꝛuo tm̄ repentino terꝛo-
re miserā vitā finire compellit. Et nunc
sup hec omnia magna est miseria: quia
cum nihil sit certius morte: ignoꝛat hō
finē suū: ⁊ cū stare putat: tollitur ⁊ pꝛit
spes eius. Nescit aūt homo: quando uel
ubi: uel quō moꝛiat: ⁊ tamē est certum
q̄ eū moꝛi opoꝛteat. hec ille. Quare vi-
ta pꝛesens beata esse minime potest. Pꝛo
hoꝛū omniū declaratione dicas exēpla
de tot diebus nostris interfectis absq;
culpa. de expulsione a patria. de pditiōe
terre sancte. de igne in terra Tarentina
de ruina rom⁹ i ciuitate Bicecti. de igne
ꝓpe Tranū. de suffocatis ꝓpe Brosti in
q̄ttuoꝛ galeis ex vi ventoꝛū. de illo quē
comedit piscis: quādo natabat in terra
Idronti: de illo q̄ cecidit de equa sb ro-
ta currus ꝓpe ecclesiā cathedralē Licij
Et ideo hiero⁹ in suo felici trāsitu ait.
O vita mundi non vita: sed moꝛs: vita
fallax: vita cōmixta tristitijs: imbecillis
⁊ vmbꝛatica: vita pꝛiuās vita: cui inest
vita fragilis: vita momentanea ⁊ cadu-
ca: que quāto magis cꝛescit tanto magis
decꝛescit. Cum plus ꝓcedis: tanto plus
ad moꝛtez ꝓpinquas. O vita plena la-
queis: quot i mūdo loꝛes illaqueatos
tenes? Quot p te iam sustinent toꝛmēta
infernalia? Oī beatus ē qui tuas co-
gnoscit fallacias. Oī beatioꝛ qui de tuis
non curat blanditijs. Oī beatissimus q̄
te bene pꝛiuat⁹ ē. Melioꝛ ē negociatio
eius auro ⁊ argento. hec ille. Et idem
Hieronymus ad matrē ⁊ filiā in gallijs
cōmoꝛātes. Stadiū quoddā ē hec vita
nostra moꝛtalis in qua bellū quottidie
gerimus: quia milicia vita hois super
terrā Quis inter serpētes ⁊ scoꝛpiones
tutus ingꝛeditur: uel secure doꝛmitat?
Quis dulces iuē vipas somnos capit?
Flam ⁊ si semp nō peꝛcutiat: tamē solli-
citat. Securius est ergo pꝛire nō posse:
q̄ iuxta pericꝛulum non pꝛisse. hec ille.

¶ Tertio potest istud ostendi ratione
capacitatis. Fecit pꝛofecto deus animā
ad imaginē suā ⁊ similitudinē. ⁊ ut in-
quit Aug⁹. 14. de trinitate. 8. c. Eo aīa
imago dei est: quo eius capax est ⁊ par-
ticeps esse potest. Cū ergo deus sit infi-
nitū bonū: nullū bonū creatū sufficē pōt
ad oēm humani appetitus pfectionem.
Ergo nō pōt habere pfectā quietem nisi
illā habeat in sūmo qui deus est. Et hoc
est quod dicit Aug⁹ li. i. cōfessionū. ꝓpe
pꝛincipiū. Fecisti nos domine ad te: ⁊ in-
quietus est coꝛ nostrū: donec quiescat in
te. ps. Satiabor cum apparuerit gloꝛia
tua. Et hoc dicit Ric. vbi supꝛa: q̄ sine
clara dei visione nō potest haberi beati-
tudo. Et ratio est. quia ut inquit Aug⁹
13. de ciui. dei. c. 5. Beatus non est nisi
qui habet que vult. s. naturaliter ⁊ non
voluptuose. Perfectio aūt vniuscuiusq;
attenditꝰ ꝑm rōnem sui obiecti. Obiectū
autem intellectus est q̄ quid est. id est
essentia rei. ut dicit. 3. de aīa. Unde i tā-
tū. pcedit pfectio intellect⁹: inq̄tum co-
gnoscit essentiā alicui⁹ rei. Si g̃ intel-
lectus aliquis scit essentiā alicuius ef-
fectus: p quā non possit cognosci essen-
tia cause: ut si sciat de causa quid ē: non
dī intellect⁹ attingere ad cām simpliciē:
q̄uis p effectum cognoscere possit de cā
an sit: Et ideo remanet naturaliē hoi de-
sideriuz cognoscēdi effectum: si scit eum
habere causam: ut sciat etiā de causa q̄d
est. Et illud desideriū ē admiratiōis: ⁊
causat inquisitionē. ut dicit in ꝓncipio
metaph̄. puta ut si aliquis cognoscens
eclipsim solis ꝓsideret q̄ ex aliq̄ cā pꝛo-
cedit: de qua quia nescit admiꝛat: ⁊ ad-
mirādo inquirit: nec ista inq̄sitio quie-
scit: quousq; pueniat ad cognoscēdum
essentiaz rei. Si ergo intellectus hūa-
nus cognoscens essentiā alicuius effe-
ctus creati: nō cognoscat de deo: non-
dū pfectio eius attingit simpliciter ad
pꝛimā cām: sed remanet adhuc ei nāle
desideriū inquirendi cām. Unde nōdū

est pfecte beatus. Ad pfectā igit beatitu dinē requirit qꝫ intellectus ptingat ad ipsam essentiā prime cause: que est nobilissimū intelligibile. ⁊ sic pfectionē suaꝫ habebit p vnionē ad deū sicut ad obiectū in quo solo beatitudo hoīs consistit ut supra dictū est. Ex his omnib⁹ elicit qꝫ uis nō sit pceptibile: quantū erit bōꝝ gaudiū ipsum deū intelligēdo: qđ intelligere dicit clara dei visio: ⁊ vna vos aie ex qua alie sequunt. videlicꝫ. dos fruitionis: ⁊ dos securē tentiōis. Hę dotes erunt beatis ratione obiecti participati Sed qualit gaudiū erit ex his patebit si declarabim⁹ quid sint he dotes. Ric. vtiqꝫ vbi supra dicit de prima dote. Dos visionis est quidā habitus luminosus in intellectu: quo eleuat ad clare deum videndum.

Primo videbim⁹ deū sicuti est.

Secūdo deū incarnatū.

Tertio deū finē nostrū.

Primo videns deum aia beata in sui substātia videt qđ oculus nō vidit: nec auris audiuit. ⁊c. Quis nanqꝫ poterit explicare qꝫ pulcher: qꝫ bonus: qꝫ pius qꝫ benignus sit creator? Deficit certe sensus: non sufficit intellectus hoc i mūdo excogitare in creaturis que nihil sūt respectu creatoris. Ideo Aug⁹ i libro soliloquiorū. Ele cecis oculis qui te non vident sol illuminās celū ⁊ terram. Ale caligantib⁹ oculis qui te videre nō pñt. Ale auertentib⁹ oculos ut non videant veritatē. Nequeunt enī oculi assueti tenebris sūme veritatis radios intueri: nec sciunt de lumīe aliquid estimare: quorū ē in tenebr̄ habitatio. Tenebras vidēt: tenebras diligunt: tenebras approbāt: de tenebris euntes in tenebras nesciunt vbi corruāt. Ideo nāqꝫ si mortales miseri pspicerēt quāta sit creatoris dulcedo nihil aliud gustarēt de mundo. Quid ē deus? Qualis est aut quant⁹? Cum sit infinitus certe cōprehendi nequaqꝫ pōt Clerū de ipso noticia aliqua haberi pōt: si cōsiderem⁹ que ipse fecit atqꝫ creauit. Ideo Sap. 14. dicitur. A magnitudine speciei ⁊ creature cognoscibilis poterit creator horū videri. Et Isido⁹ de sūmo bono li. p. c. 4. Hęc ad incorporeā creatoris. ⁊c. Ibi videas obsecro. Quot i mūdo fuerūt hoies sunt ⁊ erūt? Quot ipsoꝝ gaudia? Quot leticie? Quot exultatiōes? Quot felicitates? de diuitijs: de delicijs: de cibis: de odoribus: de coloribus: de saporibus: de honoribus: de ceter̄ ꝓpter que hūani nostri sensus dilectari solent ⁊ aia? Omnia simul collige: ⁊ cū simul ea collegeris inuenies nihil eē respectu gaudij quod habēt beati de visiōe diuina. O lumen incōprehēsibile. O sūma maiestas dei: quomō potero te i hoc mundo aliqualit sentire? O aie xp̄iane vult aliqđ videre de imagine creator̄? Audite quid asserit Aug⁹ libro soliloquiorum. qui deū multis modis quesiuit. Fit eni sic. Circuiui vicos ⁊ plateas ⁊ huius mūdi ciuitates querens te: ⁊ non inueni. Quare? Male querebam foris qđ erat intus. Misi nuncios meos ꝑ sensus exteriores: ut quererent te: ⁊ non inueni: qa male querebā. Ideo eni lux mea deus: quare illuminasti me? Quia male ꝑ illos querebā: quia tu es interius: ⁊ tū ipse vnde intraueris nesciebāt Nam oculi mei dicūt. Si nō fuit coloratū: ꝑ nos nō intrauit. Aures dicūt Si sonitū nō fecit: ꝑ nos non intrauit Nasus dicit. Si nō oluit: ꝑ me nō venit. Dicit gust⁹. Si nō sapuit: ꝑ me nō intrauit. Tactus etiā addit. Si corpulent⁹ nō est: nihil de hac re me interroges. Non ita hec sūt deus me⁹. Nō enī corporis nec de⁹ tēporis. nec candoꝛē lucis uel colorē: uel dulcēdinē melodiaꝝ cantus ⁊ quecūqꝫ dulce sonantia: non florū ⁊ vnguentorū uel aromatū odores: non mella uel māna gustui delectabilia: nō cetera que ad tangēdū uel ad amplexādū amabilia: nec oia alia sensibus bis subiecta quero: cū deū meū quero. Absit ut ita crediderim deū meū esse: q̄ etiā brutalium sensibus comprehēdunt. Et tū cū deū meū quero: quero nihilominꝰ quandā lucē super eām lucez: quā non

capit oculus. quandā vocē suꝑ omnē vocē: quā nō capit auris. quendā odo-rem sup cēm odorē: quē nō capit naris. quandā dulcedinē suꝑ cēm dulcorē: quā non sapit gust⁹. quendā amplexuꝫ sup cēm amplexū: quem tactus nō tangit. Et iteriozis quidē vois mei tozquata lux fulget: vbi locus nō capit: ista vox sonat ubi temp⁹ non capit. odor iste revolet: vbi flatus nō spargit. sapor iste sapit: vbi nō est edacitas: amplex⁹ iste tangitur: vbi nō diuellit. Hic est odor me⁹: ⁊ non estimabit alius ad illū. Et ita circuibam oia querens ꝓpter te: ⁊ ꝓpter oia ꝛelinquēs me. Interrogaui terrā si esset ꝛeus meus. Et dixit mihi. Non. Et omnia que in ea sūt: hoc idē cōfessa sūt. Interrogaui mare ⁊ abyssos: ⁊ reptilia: que in eis sunt. Et respōderunt: Nō sum⁹ ꝛeus tuus: Quere supza nos Interrogaui stabilem aerem ⁊ inquit. Fallit labor tuus: nō sum ego ꝛeus. Interrogaui celū lunā ⁊ stellas. Nec nos sum⁹ ꝛeus tuus inquiūt. Et dixi oibus bis q̄ circūstāt fozes carnis mee. Dicit⁊ mihi q̄ vos nō estis. Dicite mihi aliq̄d ꝛe illo. Et exclamauerūt cēs voces grādi Ipse fecit nos. Interrogaui ꝓinde mūdi molem: die inquā mihi si ꝛeus meus es: an nō. Et rndit voce forti. Non sum inq̄t ego: sed p ipsū sū ego. Quē queris in me ipse fecit me. Supza me quere qui regit me: q̄ regit ⁊ te. Dxc ille. O magna igit⁊ dulcedo mēt⁊: qñ tot Aug⁹ ꝓsiderabat. Nēpe magn⁹ ei videbat dñs ⁊ laudabilis nimis. Ideo Ysa. xxxiij. dr Regem in ꝛecore suo videbūt. Ecclesiastes. xi. Dulce lumē ⁊ delectabile est oculis vidēre solē. Et tanta est leticia in visione gratiose essentie dīne: q̄ pot⁹ sancti dei vellēt in inferno cē ⁊ ꝛeū videre: q̄ i paradiso ⁊ ꝛeū nō videre: ⁊ pot⁹ in pēnis esse ⁊ ꝛeū videre: q̄ extra pēnas ⁊ ꝛeū nō videre. Triso⁹ q̄q ait. Ego dico. multo grauioz ē q̄ gehēna cruciat⁹ remoueri ⁊ abijci ab illa gloria. Nec puto ita acerba esse gehēne incēdia ut sunt illa quib⁹ tozquenť bi q̄ arcenť a cōspectu dei. Et ꝛerū. Reuera illud est sūmū ⁊ ꝛerum gaudiū: qō nō de creatura: ꝫ de creatore concipif: qō cū possederis: nemo tollet a te: cui ꝓparata ois aliunde iocūditas meroz est: ois suauitas doloz est: omne dulce amarum: omne pulchꝛū fetiduꝫ: oē postremo quod delectari possit molestum: cū dei bonitas in infinitū excedat omnē bonitatez creatā. Delectatio que erit in perceptione imediate illius bonitatis: in infinitū melioz erit omni ꝓceptiōe create bonitatis. Job. xij. Hec est vita eterna ut cognoscant te solum deū ⁊ quem misisti ihesum xp̄m. Aug⁹ supza. z. Con̄. xz. Ibi beata vita i fonte viuo bibitur vnde aliquid spargitur huic humane vite. Ideo ꝓpheta David dicit. Quemadmodū desiderat cervus ad. Omnes delitie que sunt in toto mundo velut minime gutte sunt aque: que fluxerunt ab illo sacro fonte trinitatis. Ele ergo inimicis dei q̄ dimittunt infinitam dulcedinem ⁊ bonitatem ꝓ minima scintilla q̄ vertet⁊ i amaritudinē biere. z. c. Dereliquerunt me fontē aq̄ viue. ꝛc. ¶ Secūdo videbim⁹ deū incarnatū. Ait Bern̄. Plenū, prius ois suauitat⁊: videlicet vobis vobis ꝓdito-rē. Profecto nimia leticia erit videre xp̄m tāq̄ gl̄iosuꝫ deū ire ꝓ paradisū. Ait Scot⁹ in. 4. di. 49. dicit. q̄ xp̄us pōt se mouere regaliter sicut rex i celo empyreo. ¶ Tertio videbimus ipsū nostrū finē: videbim⁹ ipsū factorē: creatorē: sicut vn⁹ et nos. ⁊ humanā naturā exaltātē sup angelos. Et hec erit prima dos anime. ¶ De secūda dote inquit Ric. in quarto vbi supza q̄ dos fruitionis est perfectus caritat⁊ habitus quo anima fruitur deo. De tertia dote inquit Ric. vbi supza. Dos tentionis est habit⁹ pfect⁹: q̄ voluntas ē pfecte secura de tentionis ꝓdicte ꝓpetuatione. Quid plura? Sursum corda leuemus de tenebris vite huius. ⁊ dulcedinē paradisi ꝑ contemplationē degustemus quia nihil arbitror dulci⁹ q̄ tali cogitatiōe occupari. Explū fratris Egidij. Explū fratris Bern̄. de quinta valle.

Secunda consideratio est de ex/celsa gloria corp⁹ nostrū votan/te: in qua videbim⁹ quāta erit bōis gloria i ipso corpe. Idcirco nota/re debemus: qa ut dicūt doctores quat/tuor erunt corporis dotes.

Prima claritatis.
Secunda subtilitatis.
Tertia agilitatis.
Quarta impassibilitatis.

Prima dos corpis erit claritas. Nā corpus glorificatū ꝓpter virtutez tem/perantie illustrabit totū paradisum sua pulchritudine ⁊ dignitate. Certe lumē stellarū ⁊ solis respectu corporis ihesu glorioſi modicum erit. Dicit enī Ric. q̄ non erunt eiusdē speciei: ꝑ ꝫm ꝓphetam fulgebunt iusti sicut sol. ⁊ lux solis erit septies duplicata p⁹ iudicium. Ysa. xxx. Cogita ergo in quanta gloria consede bunt: qui i hac vita lubrica temperate vixerunt. Unde Scotus dicit vbi sup. q̄ color claritatis corporis erit clarus ꝫm complexionis sue gradū: ⁊ variat⁹ colore: ita q̄ omnes colores erunt de/lectabiles ꝫm diuersitatē sensuū ⁊ pro/portionem: ⁊ sicut beatus clarius vide/bit in anima: sic de⁹ videbitur clarius ab eo. Et sicut est alia claritas stelle a lumine solis: sic ⁊ corpa beatorū. Cor/pus beati erit porosū: ita q̄ p poros erit visibile oculis: ⁊ sic p illos poros mul/tiplicabit⁹ species usq; ad oculum beati.

Secunda dos erit subtilitas: quam habebūt beati. s. propter prudentiaz or/dinando presentia ⁊ futura ad honorē dei. Contra quā nihil potest cōtra se po/nere. Et habebit duas subtilitates. Pri/ma subtilitas erit anime. Non enī erit secretū in hoc mūdo: in inferno: in pla/teis: ⁊ in scientijs naturalibus. qō non sciat. Quia ꝫm Greg. 4. dial. quid est quod nesciant cum scientē oīa sciant?

Secunda subtilitas erit corpis. Erit enī corp⁹ subtile penetrās sine fractiē ꝫm Scotū: sicut xp̄us transiuit ianuis clausis. Et corp⁹ glorificatū pōt esse sil' cum corpe nō glorificato: quia non est penetrabile. Unde ps. In noie tuo trans/grediar murū. Tertia dos corpis erit agilitas que sibi competit ꝓpter iusticiā Ideo in instanti quocūq; volet accedē ibi erit: qa ꝫm hoc nō minus erit expedi/ta aia cum corpe q̄ sine corpe. Et dicit Scotus: q̄ bti ex fortitudine leuabunt ita agiliter magnū montē: sicut vnam pennā. Quarta dos erit impassibili/tas: quia nullū malū patientur. Et hec erit gloria beatorū corporū videre se in gloria claritatis subtilitatis agilitatis ⁊ impassibilitatis. Et dicit Scot⁹ q̄ cēs sensus tam spūales q̄ corpales erūt in sua pfectione. Videbit nanq; aia deum p clarā visionē. odorabit deū per trās/formationē. audiet deū p sue volūtatis impletionē. Ex his sensibus in aia glo/rificata: redundabit gloria in sensibus corpis glorioſi: ⁊ quāto magis aia erit glorificata a deo in sensibus suis: tāto in corporeos sensus in maiorē gloriaz redundabit. Primo qdē visus erit tāte pfectionis: q̄ ab extrinseco non poterit corrumpi uel impediri. Nā sine obsta/culo videbit cūcta corpa. Unde. xv. nobi/litatibus erit decoratus. Primo qdez videbit itra sicut exē: ⁊ oīa corda. ⁊ cor/poris armoniā: atq; interiorū membrorū dispositionē. ut dicit cōmētator sup Ysi/derū de angelorū hierar. 2° videbit ocu/lus subt⁹ sicut supra. 3° videbit de lon/ge sicut .ppr. 4° minima sic magna. Ma/z videbit btūs i oriente etiā si ipse manēt in occidente. 5° superiora oculos nō le/uādo. 6° inferiora oculos nō iclinādo 7° videbit diuersa obiecta: ⁊ q̄si infini/tos radios tanq̄ vnū ⁊ q̄si vnitos. 8° videbit q̄libet obiectū ⁊ q̄libz p̄dicto/rū q̄si infinitoz radioz ab altero sepa/tū. 9° videbit in nocte. sicut in die. 10° oculis clausis sicut aptis. 11° absq; la/bore aliquo. ⁊ infatigabili oīa supdicta Unde Ysa. 60. Tunc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabit⁹ ⁊ dilatabit⁹ cor tuuz. Tertio auditus pficiet. Nam nullus auditus obstaculū poterit impedire eū uel ꝓtur/bare. Qui in trib⁹ maxime pfectus erit.

¶ Primo nanq; audiet omnes insimul sonos ⁊ voces ⁊ omnes cantus totius celestis curie sine reuerberatione aeris. ¶ Secundo discernet in his vnū ab altero ita distincte: q; nullus cātus son⁹ aut vox poterit ab alēo impedire. ¶ Tertio audiet ita de longe sicut de ppe. ¶ 4° autem gustus ⁊ tactus in presenti vita similes quodāmodo dici possūt. Nam gustus particularis est tactus qui ē in omnibus subiectis. i. sensuus partibus subiectiuis. Gustus autem non erit in patria in aliquo actu: qui deseruiat nutrire: sed tamē ingētum est appetēsiu⁹ saporū: redundabit quedā dulcedo aie in sensu gustus: ⁊ sm quosdā causabit i lingua ⁊ gustu beato quandā suauissimaz humiditatē atq; illū saporē: q; correspondeat pfectioni illius cui⁹ erit lingua. Dic. tñ sentit q; talis humiditas in palato ⁊ gustu aut fiet a deo p creationē: aut creabitur in ea ex vi beatitudinis anime. Exemplū de sanctis pñb⁹ qui tam parū comedebant. Exemplus de beato Francisco qui iciunauit i lacu perusino. Exemplū de Maria magdalena. ¶ Quinto tact⁹ pficiet atq; inexplicabili delectatiōe iocundabitur. Quia nempe iocundissima suauitate adhērebit deo: hinc est q; corpori suo iunctus hanc iocundissimā adherentiaz illi impartietur. Sz quia anima gloriosa erit in toto suo corpore gloriosa: hinc est q; gloriam suā toti corpi cōmunicabit per experientiā tanti altissimi ⁊ glorioissimi sensus: quod in presenti vita nō pōt bene intelligi aut credi: nisi ab illis qui per priuilegium singulare toto corpore aliquā diuinā dulcedinē experimentaliē experti sunt. Talis aūt pfectio p̄dictorum procedet: quia voluntas subiecta deo corpi ⁊ tot⁹ sensib⁹ ad libitū imperabit. Corpus vero cum sensibus suis aie sicut anima deo obediet.

¶ Tertia consideratio ē de amena patria oēs btōs locāte. Hā ut dic̄ Paul⁹ ad Ro. 13. Que sūt a deo ordinata sūt. Et Ar⁹. 7. phiī. 3. c. Nilbil inordinatū que natura ⁊ sm naturam sunt. Et iconomicoz̄ li. p̄ i fine Oportet vnūqq; loco suo poni. Propterea omnipotēs deus locū mirificuz ad habitādū nob⁹ prepauit celū videlz empyreū. Celū nanq; istud inqt Boē. in. 2. di. 2. est locus spūalium substantiarū ⁊ locus corpoz̄ glorificatoz̄um. Clerū philosophi de hoc celo nihil sunt locuti: tamē via naturali etiā poterim⁹ hoc celuz percipe. Scriptura vero sacra illud exprimit: cū ait. In pncipio creauit deus celū ⁊ terrā. Nicolaus de lira exponit de empyreo. Et hoc pbat p litteram sequentē: qa firmamentū ⁊ celum aqueū facta sūt secūda die. Et Damascenus hoc exponit. In pncipio creauit deus celum ⁊ terrā. i. sine stellis sperice forme. Nec aut illud celū sit ponēdū ut dicit Boē. vbi s. triplex ratio psuadet. Prima est perfectio vniuersi. Secunda est propter motū firmamēti Tertia est habitatio hoīs beati.

¶ Et quoniā finis imponit necessitatē bis que sunt ad finē propter pfectionez vniuersi: necesse est ipsū esse vniformē: quia cum sit celū luminosū difformē si nō esset vniformē nō eēt vniuersū completū. Propter motū firmamēti ponendus est ipsū esse imobile: ut motus mobilis fiat circa imobile. s. centr: ⁊ intra continens imobile: ⁊ locās. s. empyreū Hā Ar⁹. dicit in. 2. de celo ⁊ mūdo. c. 4. In q̄libet gnē mobile supponit imobile quia de fluxibile a quo fluxus deriuat. Sed corpus celi siderei ē mobile. ergo supra illud de necessitate est ponē vltimū corpus qō sit imobile. hoc quidē est empyreū. Item. 7. metaph⁹. c. 2. et. li. 2. celi ⁊ mūdi. 5. c. 7 in arismetrica in multis locis. In quolibet genere in quo est ponere infimū ⁊ medīū: ē ponere supremū. Sz gradus i corpib⁹ attendit sm gd⁹ pspicui ⁊ lucis. Sz inuenit corp⁹ opacū simpliciter: ut terra: ⁊ sm totū opacum. Ergo si complementum est in corporib⁹ debet esse corpus simpliciter ⁊ sm totū luminosū. Propē etiā hitatiez

hominis beati ponēdū est ipsū luminositatis perfecte: ut habitatio congruat suo habitatori. Nam cum aliquis locus tenebrosus retinatur damnatis. per oppositū lucidus retinetur beatis. Procedet autē leticia beatis ppter tria.

Primo ppter loci luminositatē.

Secundo ppter loci puritatē.

Tertio ppter loci magnitudinē.

¶ Primo beatis procedet leticia ppē loci luminositatē. quia dicit Scotus. in. 4. di. 49. Illud celum erit lumine plenissimū: et omni iocunditate gratiosum. Jō clamat Tobias. 13. Beat⁹ ero si fuerint reliquie seminis mei ad videndam claritatem hierusalē. Certe si esset possibile vnā aiam videre gaudia illius vite: certissime despiceret infinita gaudia hui⁹ mundi. Unde Aug⁹ libro. 4. de li. arbi. inquit. Tanta est autē pulchritudo iusticie: tanta est iocunditas lucis eterne: ꝟ est incōmutabilis veritatis atq; sapientie: ut etiaz si in ea non liceret amplius manere q̄ vnius diei horaz: ppter ꝟ solum ēnumerabiles anni huius vite pleni relitis et affluētia temporalū bonoruz recte meritoq; contemnerenē. Non enī pravo aut falso affectu dictum est: Quoniā melior dies vna i atriis tuis sup milia. O igitur ceci mundani q̄ paradisum facitis de hoc mundo: qui est paradisus asinoruū. Surſū corda. Hinc est quod Aug⁹ in libro soliloquiorū illā patriam considerans magna cū dulcedine dicebat. O regnū eternū: regnum omnū seculorū: vbi lumen indeficiens et pax dei que exuperat omnē sensum: in qua sanctorū anime requiescunt: et leticia sempiterna sup capita eoruū: gaudiū et exultationē obtinebūt: et fugiet dolor et gemitus. O q̄ gloriosū ē regnū quo tecum domine regnant oēs sancti: amicti lumine sicut vestimento: habentes in capite suo coronam de lapide precioso O regnū beatitudinis eine: vbi tu domine spes sanctorū et corona gloriē facie ad faciē videris a sanctis: letificās eos vndiq; i pace tua: que exupat oēm sensum. Ubi gaudium infinitum: leticia sine tristicia: salus sine dolore: vita sine labore: lux sine tenebris: vita sine morte omne bonū sine omni malo. Ubi iuuēt⁹ nūq̄ senescit: ibi vita ēminū nescit: ibi decor nūq̄ pallescit: ibi sanitas nunq̄ marcescit: ibi gaudiū nūq̄ decrescit: ibi dolor nunq̄ sentit: ibi gemit⁹ nūq̄ auditur: ibi triste nihil videt: ibi leticia sp̄ habet: ibi malum nullū timet: quoniā summū bonū possidet: quod est semper videre faciem domini virtutum. Hec ille Non oportet ibi querere oleum p̄ lucerna: ut lucear in ea. Nam claritas dei illuminabit illā: et lucerna eius ē agnus et ambulabunt in lumine eius. ¶ Secūdo procedet beatis leticia ppter loci puritatē. Non erunt ibi caligines: non lutum: nō fetores: non calores: nō frigora: non malicia: non paupertas: nō tormenta et odia: sed tota puritas: sanctitas leticia. Apoc. xxi. Non intrabit in ea aliquid coinquinatū: et sciens abhominationem et mendaciuz. Et Aug⁹ de vanitate mundi. Nō erūt ibi fames neq; sitis: non frigus: non estus: nulla temptatio: aut peccādi voluntas. ¶ Tertio procedet beatis leticia propter loci magnitudinē. Si q̄s velit cōparatiue dere magnitudinē illi⁹ patrie supne: incipiat ab his inferioribus numerare. qa Ro. i. c. scribitur. Invisibilia dei a creatura mundi. tē. Cōsidera g̃ primo terrā aquā aerem ignis sperā et lunaz: mercuriū solem: venerem: martē: iouem: saturnum: stellatum celū: et cristallinum: et celum empyreū. Istoz nanq; quodlibz alterum in decuplo superat in magnitudine et pulchritudine. Hiere. 33. c. O isrl q̄ magna est domus dei et ingens locus possessiōis eius. Aug⁹ de vanitate mūdi dicit. Nil hoc loco magnificentiꝰ: nil glorioſius: nil puri⁹: nil verius: nil ista bonitate sincerius: nil abundantia copiosius. Exemplū de templo Salomonis et regine austri. 3. Reg. x. c. Istud autē regnū est regnū omniū seculorum et absq; fine. O beati q̄ habitāt in domo

tua dñe in secula seculoꝝ laudabũt te. Et Aug⁹ libro soliloquiorũ inquit. O patria nostra patria secura: te a longe videm⁹: ab hoc mari te salutamus: ab hac valle ad te suspiramus: & nitimur cum lachrymis: si quãdo ad te ꝑueniamus.

Clarta consideratio est de societate iocunda gaudiuꝫ augmẽtante: quod patet ex tribus.
Primo ex societatis multitudine.
Secundo ex societatis nobilitate.
Tertio ex societatis amicabilitate.

Primũ gaudiũ erit ex societatis multitudine: quia tanta erit ibi multitudo regum & reginarum: sanctoruꝫ & sanctarum & angelorũ q̃ non sine magno tripudio videri poterunt. Apoc. 7. Vidi turbam magnam: quam dinumerare nemo poterat &c. Secunduꝫ gaudium erit ex societatis nobilitate. O q̃ mirabile erit videre tot mirificos scõs & sanctas: videre christum &c. Ideo hieronymus ad Eustochium. Quotiens te vana sẽi delectat ambitio: quotiẽs ibi vides aliquid glorioſum: ad paradisum mente transgredere: & esse incipe quod futura es. Egredere paulisper de carcere corpis tui: & presentis laboris mercedem ante oculos depinge: quam oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Tertiũ gaudium erit ex societatis amicabilitate. Nũquid i patria illa vnũ est & equale omniũ meritũ? Certe non. Hã Job. 14. dicitur. In domo patris mei mansiones multe sunt. Glo. Id est diuersa premia meritorum. Et. 1. Cor. 15. Stella differt a stella in claritate. Hoc tamẽ intelligendum est ſm Ric. in. 4. di. 49 cum discretione. In beatitudine namq; est considerare beatitudinis obiectum scilicꝫ bonũ increatum: quod & idem existens ab omnibus participatur: & etiã ipsam dispositionem beatorum ꝑ quã istud bonum clare videndo & pfecte intelligendo ipsum participant. Ex parte quidem cuiusdꝫ obiecti participati vn⁹ non est beatior alio: quia propter merita capacior non est. O miranda suauitas. Dicit quippe Scotus i. 4. di. vltima q̃ tanta est caritas inter ipsos q̃ vnus participat de bonis omniũ: & q̃uis naturali amore quilibet plus se diligat q̃ aliũ: & plus meũ actu elicito: tamẽ tanta erit delectatio societatis: q̃ quilibet non minus vellet ꝓ alio bona q̃ ꝓ se. Si enim in hoc mundo multi posuerũt corpus in morte pro amico. certe multo maior caritas erit ibi. Unde Ansel. ait. Perfecta caritate innumerabilium angelorum & hominuꝫ ibi nullus min⁹ diliget aliũ q̃ seipsum: nec aliter gaudebit quisq; pro singulis q̃ pro seipso. Unde in paradiso sunt tres qualitates sanctorũ. s. maiorũ: minorũ: & equaliũ. Qui sunt in equali gloria reduplicant eorum gloriã ab omni parte: quia cognoscũt se amari a quolibet equali mẽsura. Maiores vero reduplicant eorũ gloriaꝫ ab omni parte: quia cognoscũt se amari tantũ quantũ amãt. s. & gaudent de eorum gloria pro quolibꝫ sicut de sua propria. Minores vero reduplicant eorũ gloriam ꝑ eorũ amorem. & magis cognoscũt illos se glorioſiores. & isti minores vident aliquẽ ex gradib⁹ se glorioſiorẽ. aliquez centũ & huiusmodi infiniti: & ꝓ quolibet reduplicant quot vicibus cognoscunt illos glorioſiores se. Ex quo accidentaliter gloria i sanctis multiplicabitur.

Quinta consideratio est de liberatione certissima ab omni pena triſtante. Erunt enim liberi a triplici periculo.
Primo a peccato.
Secundo a mundo.
Tertio ab inferno.

Primo a peccato erunt ita liberi: q̃ amplius peccare nõ poterũt. O quantus est seruus dei timor in hac vita: ut dicit Aug⁹ in li. de ciui. dei. zzz. cazz. ne in pctm̃ ruant. Ibi aũt timere nõ expedit &c. Secundo a mũdo & suis malis. Hõ enim erit caro aduersus spiritũ. non via-

bolus tẽptans. nõ pricula aliqua. Jõ Apoc. 7. dicit. Nõ esurient neq; sitient amplius ꝛc. Jdeo Bern̄. dicit. O felix anima que fetulente carnis supata miseria i hui⁹ sapiẽtie lumine reqescit. Jõ Paul⁹ Ro. 8. c. dicebat. Jnfelix ego hõ qs me liberabit de corpe mortis hui⁹? Et Aug⁹ li. soliloquiorũ dicit. Felices qui de naufragio vite presentis ad tãta gaudia iam puenire meruerunt. Jnfelices nos ⁊ miseri: qui p huius maris fluct⁹ magnas ⁊ pcellosas voragines trahim⁹ nauem ignorantes an ad portum salutis puenire valeamus. Jnfelices inquã quorũ est via in exilio: vita in piculo: finis in dubio nescientes finẽ nostrũ: quia omnia in futuꝝ referuanẽ incerta: ⁊ adhuc i pelagi fluctibus versamur suspirantes ad portum. hec ille.

¶ Tertio ab inferno videbũt se liberatos: ⁊ a tanta miseria: vbi sempitern⁹ est horror: ⁊ damnati cruciãt. Ex quibus omnib⁹ colligit̃ q cantabũt ⁊ glorificabunt deũ. Sed quomõ in celo possit cantari. multis non est clarũ: cuꝝ dicat Damascen⁹ de angelis. Consilia sermẽ sine voce. plato. Et Ysaias cõtradicere videt. 6. c. Clamabant alter ad alterũ. sanctus scũs scũs. Ad hoc dicit Boñ. in. 2. di. 2. q i paradiso erit laus mentalis ⁊ vocalis. Patz hoc quia multi sci ab angelis cũ laudibus vocalibus sũt delati. Sed tamen tutius est dicere: q erit in angelis mentalis: in hoibus ꝑo vtraq: ut totus homo feratr̃ in laudes diuinã. Et si queratr̃. quõ potest hoc esse dicit q illa formatio vocis non fiet per spirationẽ ⁊ respirationẽ: ꝫ p aerẽ qui ẽt si naturaliter erit beatis cõplantatus sicut patet in quibusdã animalibus ut i apib⁹. Vel certe ita deseruiet empyreũ glorificatis sicut aer corpib⁹ nõ glorificatis. Si cõsiderem⁹ q̃ frẽs carissimi dicit Greg⁹ in omel. que ⁊ quanta sũt q̃ nob⁹ pmittũt in celis. ꝛc. usq; ibi. munere letari. Ad que nos pducat ille q̃ viuit ⁊ regnat i secula seculoꝝ Amen.

Finis

¶ Incipit tractatus de diuina caritate compilatus per reuerendū sacre theologie doctorem magistrū Robertū de Licio ordinis minorū. in quo ostendit cū oī veritate sacrosancte scripture: qualiter deus benedict⁹ ꝑtū in se est omnibus peccatoribus offert indulgentiam ⁊ remissionem peccatorū: neminem excludens a salutis via.

Venite ad

me omnes q̄ laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiā vos. Verba sunt redemptoris nostri ibu xp̄i originaliter Matth. xi. c. Inestimabilē caritatē dei q̄ hoies diligit impugnant sepenumero hi qui a peccatis desistere nolunt. Ipsi nanq; impio ac sacrilego ore suo asserūt optimū deū fore cām dānationis eop: quasi nec hois merita i aliquo ꝓsunt: nec ipsis iniq̄s sua malicia valeat iputari. Hoc errore illusi plerīq; audaciam in malo pseuerandi suscipiūt: penitentiāq; negligūt relictorū suorū. Nihil inquiūt interest qualis quisq; sit siue bonus siue malus: cū deus quosdā sic habeat odio: ut etiā post diuturnam in virtutibus pmanētiā reprobet: quosdam autē diligat ut frequētata impietas sua antiquataq; malicia ipsos nō ꝓhibeat saluos fieri. Cōtra huiusmodi gen⁹ hominū acriter insistendū esse censui. Ad quor confusionē decreui i pūti tractatu de caritate dei ad hoies tam bonos q̄ malos copiosius dicere. Ostendam equidē q̄ ꝑtum est ex pte diuine clemētie nullus ꝑtūcunq; sit sceleratissimus ac flagitiosus expellitur a salute: imo ut sic dicā oēs pctores mūdi dulcissime blande ⁊ amorosissime inuitāt ut salui fiant: ut p3 in ꝓbis ꝓpositis in themate nr̄o. Que verba ⁊ si a xp̄o clamante in templo dicta sint: tamē extenduntur ad quoslibet pctores: qui sūt uel erunt vsq; ad cōsumationē seculi. Clamat itaq; dñs ihs xp̄s ex abundantia caritatis sue. ⁊ dicit. Venite. ⁊c. Ubi p instructione nostra notare possum⁹. ⁊. ignitas flāmas de diuina caritate erga miseros ingratosq; pctores.

Prima dicit facilitas. cū dicit: Venite.
Secunda dr̄ suauitas. cū dicit: ad me.
Tertia dicit generalitas. cū dicit: oēs.
Quarta dicit multiplicitas. cum dicit: qui laboratis.
Quinta dicit grauitas. cū subiungit: ⁊ onerati estis.
Sexta dicit preciositas. cum subdit: ⁊ ego.
Septima dicit gratiositas: cum cōcludit: reficiam vos.

¶ Et cum singulas has flāmas difficile sit in vno sermone explicare: dicem⁹ de ipsis in. ⁊ sermonib⁹ bñ distinctis. In hoc ꝙ̄o ꝓmo primaz incipiamus elucidare flammā que dicit facilitas. Cui⁹ sensus est q̄ deus oportēs neminē violentat neq; cogit ut salu⁹ aut reprobus fiat. ⁊ cuz oēs sint liberi facillime possūt saluari. Que veritas sub triplici cōclusione declaratur.

Prima dicit voluntatis.
Secunda dicit gratiositatis.
Tertia dicit exemplaritatis.

¶ Capm primuz qualiter in libertate ⁊ libera oiuz voluntate est ut saluentur uł damnēt: ex quo ꝓcludit q̄ si omnes mūdi pctores volūt ꝑ̄ saluari: ⁊ si nō saluantur imputat ipsis.

Prima ꝓclusio dicit voluntatis ḳa cū oiuz voluntas libera sit. quicunq; volūt saluari saluāt: qui ꝙ̄o dānari dānant. Possūt quippe oēs bñ ⁊ male facere sicut volūt: Pululsq; cōpellit ad vtrūq;. Probat hoc per Aug̃. li. 5. de ci. dei. c. x. vbi ait. Sūt nr̄e volūtates ⁊ ipse faciūt quicq̄d volendo facimus: siue bonū siue malū: qō nō fieret si nollemus. Et idē in li. de li. ar. ait. Classis ire nūq̄ deus redderet interituz si nō spontaneū inuenireť. hō habere peccatū. Que ꝓba ponūť in decretis. 33. q 4. c. Nabuchodonosor. Et hoc idē ꝓbat

Aug⁹. v. illud qđ nō⁹. iĥ. q.i.c.merito. c.illa.c.ex voluntate. Et.1.q.i.c.sciēdū Et.Jō.di.c.nasci. Peccatū est adeo voluntariū quod si nō sit voluntariū nullum est peccatū. Idē dicit Crisō.32.q. J.c.sicut. Sicut enī peccatuz mḡt opus sine voluntate nō facit: ⁊ iusticia ex ope non seruaf nisi voluntas fuerit. De hoc dicit etiā Gratian⁹ ꝛe pr. dis. z.c. sicut nisi. Nec ad vitia nec ad virtutes necessitate trahimur: ꝫ voluntate. Oia tamē includit elegātissime Piero. in qōnib⁹ ad Heluidiū vbi sic ait. Hoīes suo arbitrio ꝛelicti sunt. Neq; enī bonū necessitate faciunt: ꝫ wolūtate: ut credentes coronam accipiāt. incredulī supplicijs mancipent. Et iterū Piero. eodez loco Deus equali cunctos sorte generauit: ⁊ wdit arbitrij libertatē ut faciat vnusquisq; quod vult: siue bonū siue malū. Et iterū. Dedit hoibus prātē: ut wz ipa disputet contra creatorē suū: ⁊ causas voluntatis illi⁹ pscrutet. Hoc etiā confirmat sapiens Eccl. iĥ. c. cuz dicit. Deꝰ ab initio constituit hoīem: ⁊ reliquit eū in manu cōsilij sui. Unde patere potest qꝫ homo sit liberi arbitrij. Alioqn scōm Aug. ꝑma pte sūme. q. 83. frustra essent consilia: exhortationes ⁊ pcepta, phibitiōes premia ⁊ pene Uerūtū est sciendū qꝫ qdā agūt absq; iudicio: sicut lapis mouef wrsuz. similiter oia cognitione carentia. Quedā agūt iudicio ꝫ nō libero sicut aialia bruta. Judicat enim ouis vidēs lupū cū esse fugiendū nāli iudicio: ⁊ nō libero: qa nō ex collectiōe sed ex nāli instinctu hoc iudicat. Et sīle est ꝛe quolibet brutorū aialiū. Sed hō agit iudicio: qa p vim cognoscitiuā iudicat aliqd esse fugiēdū uel. psequēdū. Et qa iudiciū illud nō ē ex naturali instinctu in pticulari opabili: sed ex collectione rōnis. adeo agit libero iudicio potens i diuersa ferri. Ratio enī circa cōtingētia habet viam ad opposita: ut pz in dialeticis sillogismis ⁊ rethoricis psuasionib⁹. Particularia aūt opabilia sūt quedā cōtingentia. ⁊ iō circa ea iudicium rōnis ad diuersa se habet. ⁊ nō est ꝛeterminate ad vnū. Et p tanto necesse est qꝫ homo sit liberi arbitrij: ex hoc ipso qꝫ ē rōnalis. hec Aug. Cuⁱ⁹ verbis congruit illud dictū Tullij. li. p ve officijs ubi dicit. Inter hoīem ⁊ bellua hoc maxime interest: qꝫ hoc tantū q̄tū sensu mouef ad illud solū qđ adest qđq; pns est se accomodat: parū admodū sentiēs preteritū aut futurū. Homo aūt qm̄ rōnis est pticeps p quā cōsequētia. i. cās finales ⁊ causas rerū. i. principia videt earūq; pgressus quasi antecessiōes nō ignorat: simules cōpat: rebusq; pnūb⁹ adiungit atq; anectit futuras: facile totius vite cursū videt: ad eamq; regēdā pparat res necessarias. hec ille. Ex qb⁹ oibus clarissimū est: hoiem id posse i bono ⁊ in malo qđ velit. Quinimo tāta ē hec libertas: ut nullū agens creatū possit ipsū liberū arbitriū cogere. iuxta illō Bern̄. in li. de li. ar. Voluntas, p ingenita sui nobilitate nulla cogit necessitate. Ad hoc tm̄ aduertendū siue intelligendū. ꝑm Bon̄. in. z. di. zJ. qꝫ est dupliciter loq; de libero arbitrio. Uel q̄tū ad actū exteriorē. Uel q̄tū ad actū interiorē. Si aūt loquimur q̄tū ad actū exteriorē: respectu talis act⁹ pōt interuenire coactio. Potest enim quis compelli ut ipso nolente genua coꝛa idolis flectat. Si loquimur q̄tū ad actuz interiorē. qui. s. est velle eligere uel cōsentire: sic respectu talis actus pōt liberuz arbitriū aliquo modo induci: pōt ⁊ impediri: ꝫ nullo mō cogi siue cōpelli. Induci quidē pōt cū amat aliud a se: ⁊ qō infra se est. Unde p oblationē alicuius rei amate potest induci ad cōsentiendū i aliquid multū efficaci psuasione: per quē modū id ydolatre temptabāt sanctos martyres psentire idolatrie malo promittendo leta: malo infligendo tristia Ista tamē inductio longe distat a coactione: sicut probat ipse exitus: qa nec blandimentis allici nec tormētis terreri adeo potuerūt: ut a fitate iusticie mutarent. Et sic liberū arbitriū pōt induci.

Potest etiã impediri ꝓpter inclinationẽ
7 cõiunctionẽ sui ad naturã corꝓalẽ
qua posset aliquis alĩ ita ledere: ut vsũ
liberi arbitrij amitteret. Coactio enĩ po-
nit liberi arbitrij vsum 7 actũ: sed liga-
tio 7 impeditio tollit. Et iterũ impeditio
ꝓuenire potest ab inferiori. Coactio ꝓ-
a superiore. Et hinc est ꝙ liberũ arbitriũ:
7 si possit induci ab agente creato ratiõe
tom exterior amati: 7 possit impediri rõne
corꝓris cõiuncti: nõ tamen potest cogi
respectu actus ꝓprij. Sed adhuc du-
biũ venit in mentẽ qõ declarare 7 intel-
ligere optimũ est ac delectabile. Potest
nanq; peccator quisq; quere an liber
arbitriũ quod a creatura cõpelli nõ põt
cogi possit a creatore. Et videtur ꝙ sic.
Nam Aug⁹. 13. c. dicit. Exi i vias 7 sepes
7 compelle intrare ut impleatur domus
mea. Si ergo domum dei nõ contingit
intrare nisi per vsũ liberi arbitrij: 7 dõs
intrare cõpellit. videtur ꝙ liberum arbi-
trium cogat. Item Job. 6. dicit. Nemo
venit ad me nisi pater qui misit me tra-
xerit illũ. Sed tractus ẽ motus violen-
tus: ut dicit pbs. ergo liberum arbitriũ
violentat. Item, pv. 20. Sicut diuisio-
nes aquarũ ita cor regis in manu dñi:
quocũq; voluerit imutabit illud. Sed
talis imutatio est quedaz coactio. ergo
deus cogit liberũ arbitriũ. Nõ si verum
esset: conqueri possent peccatores de deo
possentq; ad ipsum clamare. O creator
omnipotens cur nos perire permittis?
Cur nos in erroꝛe nostro relinq;s? Cur
tantã multitudinẽ a te sempiternis cru-
ciatibus deputandã nõ compellis: non
cogis ad bonũ? Tua est potentia: tuũ
est regnum: tua deniq; bonitatis omnis
7 dulcedinis abũdantia. Miserere no-
stri de⁹: 7 succurre volũtatib⁹ peeuntiũ.
Voluntatẽ habem⁹: sed malũ volum⁹:
malũ eligimus: malum nos sequit. Tu
aũt ꝓpriã vim inferas voluntati: qõ si
tu deus nõ feceris: cã certissime eris nre
ꝙditionis. Ex profecto fragile debileq;
est tale peccatoꝝ fundamentũ: quoniã q
veritatẽ cognouerũt asserũt nullo modo
liberuz arbitriũ a deo cogi posse. Nam
Aug⁹ sup Gen. ad litterã dicit. Nõ põt
deus facere contra naturã quam bonã
instituit: quoniã nõ potest facere cõtra
suam volũtatẽ. Si ergo deus volũtarie
liberũ arbitriũ voi dedit: impossibile est
eum facere de libero arbitrio ꝓtra inatã
ei⁹ libertatẽ. Sed si ipsũ cogeret: ꝫ liber-
tatẽ faceret. ꝙ liberꝫ arbitriũ a deo cogi
ẽ impossibile. Itẽ Aug⁹. 19. de ciui. dei dicit
Illud est vnicuiq; rei nãle qõ de ipsa fa
cere dispouerit oipotẽtis volũtas. ergo
si nullũ nãle è violẽtũ: nihil qõ facit de⁹
est violentũ. Si ꝙ oĩs coactio est ꝙ vio-
lentia: qcqd de⁹ de libero arbitrio faciat
nulla põt sibi inferri violentia: ac ꝙ hoc
nulla coactio. Ad clariorẽ tm noticiam
buꝰ veritatis dicit dns Bon. in. 2. di.
25. Ac cũ queriẽ si liberꝫ arbitriũ potest a
deo cogi dupliciẽ põt intelligi. Aut ita
ꝙ possit auferre libertatẽ: 7 auferendo li-
bertatẽ inducere coactionẽ. Et hoc mõ
nulli dubiũ esse debet qn deus possit hoc
facere ꝓtũ est de imensitate sue potẽtie.
Alio modo ut intelligaꝰ ꝙ deus cogit
liberũ arbitriũ salua libertatis, ꝓprietate
7 eiꝰ natura. Et hoc mõ nõ solũ est im-
possibile: sed etiã nõ intelligibile: ꝓ eo ꝙ
iplicat duo ꝓtradictorie opposita. Ex hoc
enĩ ꝙ liberꝫ ẽ: si aliqd vult libere vult. Ex
hoc ꝙ volũtariũ est: si aliqd vult volũ-
tarie vult. 7 seipso mouẽte vult. Et hoc
aũt ꝙ cogitur. si qd vult seruiliter vult.
Et si quid vult iuste vult: 7 si quid vult
ab alio vult: quia violentũ est cuiꝰ ꝓn-
cipiũ est extra nihil cõferẽte vim passo.
ꝙ liberũ arbitriũ a deo cogi nõ est aliud
ꝙ actum liberi arbitrij simul 7 semel eẽ
liberum 7 seruilẽ: esse voluntariũ 7 non
esse voluntariũ: esse a se 7 non esse a se.
Si ergo est impossibile qõ clauđit in se
vtrãq; partem contradictionis: non tm
est ipossibile creature: verũ etiã creatrici
essentie: quia illud posse non est posse.
Ad intelligẽtiã aũt obiectorũ est scien-
dum ꝙ differt dicere volũtatẽ induci: 7
volũtatẽ mutari: 7 volũtate cogi. Tuc
enĩ induci dr quando aliqua ꝓsuasio ei

fit: qua disponit ut ad aliqd appetibile inclinet: q si valde intensa sit nomē coactiōis sortit: q nuis nō sit vera coactio. Huc aūt voluntas mutat: quādo ipsa nolente vnuz: potenti virtute affectio ei imittitur ad contrariū: z ve nolente fit wlens: ita q vna affectio expellit z cōtraria inducit: sicut patet cum deus de amatore tēporaliū facit cōtemptorē. z hoc dicit esse quedā compulsio z tractio diuina: ut voluntas ab eo separet cui p amoris glutinū fortiter iūgebat. Tunc vero voluntas dicit cogi: quādo intelligitur ipsam inuitaz aliquid velle z repugnante actu voluntatis velitratiue. aliena ꝑturemouente z repugnātia manente ad aliquid volenduz inclinari. Et h duo opposita implicat. Voluntas igit inducī pōt ab agente creato: mutari vero ab alio non potest nisi ab agēte increato. sed cogi a nullo. Cū igitur dicit i scriptura deum voluntatē hominis cōpellere uel trahere uel mutare: intelligitur nō quia voluntatē cogat: sed quia voluntatē creatam nō solum inducit: sicut agens creatum: verū etiam immutat imittendo affectiones varias. In qua imissione non est coactio: pro eo q ita voluntarie volo illud quod deus imittit: sicut illud qd ex me ipso volo. Et si aliquid volo wlens volo non inuitus: z ita in volendo ad nihil compellor. hec Boē. Cū ergo libertas a coactione in omnibus equaliter se habeat: quis de deo si ipsemet agit cōqueri potest? Quis etiam sui ipsius culpam in semetipso non reflectet? Quis propriā z voluntariam nequitiam non agnoscet? Nisi dicere velit adhuc aliqs q deus mime rectū quid fecit: quia hominē in libertate arbitrii voluit constituere. Sed pfecto si bene sapiant: intelligent non inanem fore sententiam illā que dicit Gen. c.i. Vidit deus cūcta q fecerat z erant valde bona. Ex quibus verbis Hieros scribens ad Paulinū dic Bonus est deus: z omnia que fecit bona sint necesse est. hec ille. Sapientissimus ergo rerum opifex omniū z magister: cum hominē conderet rationalem ad beatitudinē: in tali statu eum voluit esse in quo ad beatitudinē puenies: dei iusticia semp salua z misericordia laude bonoris z glorie corona decoraretur. Quomodo g homo potuisset laudari q malum non fecisset quod facere non valebat? Inquit enī Lactanti in .6. li. dinarū institutionū aduer. gen. Nullus laus est non facere qd facere nō possis. Hinc Hieros ad Demetriadē vginē ait. Jam prouidendū est: ne forte illud remordeat te: i quo temere imperitū vulgus offendit: ut ideo non vere bene factum hominē putes: eo q is malum facere potest: nec ipsa natura astringatur ad immutabilis boni necessitatē. Nam si diligenter rem tractes: z ad subtiliorez intellectuz animū tuū cogas: hinc tibi melioz z superioz hominis status apparebit vnde putat inferioz. In h eni gemini itineris discrimie: in hac vtriusq libertatis parte: rationalis anime decus positum est. Hinc mē totus nature nostre bonoz cōsistit: hinc dignitas: hinc pmiū: hinc veniz optimi quiqs laudē merent. Nec esset hominis vlla virtus in bono perseverantis: si is ad ima trāsire nō posset. hec ille. Nonnulli aūt obiciunt his que dicimus ex diuina prescientia que est infallibilis: q ipsa necessitatem inferat actionibus hominū. Quibus respondemus sibi prescientiā esse: z homines voluntate nō necessitare ad bona uel mala inclinari. Unde Aug li. 5. de ciui. dei. c. xi. dicit. Nullo modo cogimur: aut retenta prescientia dei tollere voluntatis arbitriū: aut retento voluntatis arbitrio deū: quod nephas est: negare prescium futuroz: sed vtrūq cōplectimur: vtrūq fideliter z vraciter confitemur. Illud ut bñ credamus: hoc ut bñ viuam? Male aūt viuit si de deo nō bñ credit. Absit ab nobis eius negare prescientiaz. ut liberi velim? q adiuuāte sum? liberi uel erimus. Proinde nō frustra sunt leges:

obiurgatiōs:exhortatiōs:laudes⁊ vituperatiōs: q̄a ⁊ ip̄as futuras cē p̄sciuit ⁊ valent plurimū q̄tum eas valituras esse p̄sciuit. Et p̄ceces valēt ad ea impetranda:que se precantibus cōcessurū esse p̄sciuit. Et iuste p̄mia bonis sanctis:⁊ peccatis supplicia constituta sūt. Neq; enī ideo peccat homo q̄a deus illū peccaturū esse p̄sciuit.imo ideo nō dubitatur ipsū peccare cū peccat: quia ille cuius p̄sciētia falli nō p̄t:nō fatum nō fortunā:nō aliquid aliud:sed ipsum peccaturū cē p̄sciuit. Qui si nolit oio nō peccat:sed si peccare noluerit etiam hoc ille p̄sciuit.hec ille. Liberi ergo sūt oēs Qui bene agūt liberi sūt:qui male liberi qui iam celū p̄scenderūt. Insup liberi ⁊ qui sunt crimiū supplicia lugent.

¶ Secundū capitulū:q̄ facile ē ut peccatores saluent: quia gratia ad salutē necessaria omnibus p̄parata ē a deo: ⁊ nulli volenti negatur.

Secunda p̄clusio dicit gratiositas. Facile quippe est vnicuiq; volenti posse saluari: q̄a grā ad salutē necessaria omnib⁹ est p̄parata. Ad q̄ plenī⁹ intelligendū sciēdū q̄sdā ita tenuisse liberi arbitrij facultatem: ⁊ tātū illā estimasse:ut absq; auxilio dine gratie p solos liberi arbitrij ptātes saluari omnes posse.pfiterent. Fuit autē error⁹ huius pniciosissimus garrulator Pellagi⁹ ⁊ eius imitatores: de q̄b⁹ egregi⁹ doctor Aug⁹ li.i.retractationū ait.Noui hereticī pellagij cū sic liberum asserūt voluntatis arbitriū: ut grē dei nō relinquāt locū: quā p̄m merita nostra dari asserunt. Contra quā sniam valdissime pugnat idē doctor p̄clarissimus in q̄plurib⁹ doctrine sue locis:ostēdēs neminē absq; grā nō solū nō posse i aliquod op⁹ meritoriū:sed in quācūq; meritoriā cogitationē voluntatis:uel ad opa meritoria deuenire. Vñ ad Bonifaciū papā ait. Nō p̄t hō aliqd boni velle nisi iuuet ab illo q̄ nō p̄t malū velle. Et iterū in li.de p̄destinatiōe sc̄oz̄. Prius est cogitare bonū q̄ credere.⁊ ipsum cogitare bonū ex deo est. Et in li.de correctione ⁊ gratia. Sine gratia dei nullum p̄sus siue volēdo siue agendo faciunt bonū. Et ad Valētinū. Cogitare uel agere p̄m dei nulla rōne sine gra dei possum⁹. Et i enchiridion. Grā p̄uenit ut velim⁹ bonū. Et i li.de ecclia.dogma. o. Mouet ad querendā salutē libertas arbitrij: mouēte p̄ius deo. Sūt ⁊ alij doctores q̄ Aug⁹.dictis firmissimo iudicio alligāt. Inq̄t nāq; Isidor⁹ li.differentiar. Gratia est dine mie bonū p q̄d bone volūtatis est exit⁹.hec ille. Et iterū ibidē. Sciant defensores liberi arbitrij nihil boni posse nisi dine gratie iuuamine sustentēt. Et de b̄ etiā m̄gr.z.sniar. z6.di. Bona voluntas comitat grām nō gratia voluntatē. Et Paul⁹ vas electiōis.z.Cor.3.c. Nō sum⁹ sufficientes aliq̄d cogitare a nobis tanq̄ ex nobis: s̄ su.n.ex.d.ē. Et Ro.9. Nō est volentis neq; currentis s̄ miserētis dei. Aduertendū tñ p̄m Bon̄.i.z.di.z8.q.6.q̄ opus aliq̄d tripliciter p̄t dici bonū. Uno⁰ dr̄ bonū esse aliq̄d simpliciter. Et b̄ est bonū q̄d ordinatū est in finē.⁊ tale est bonū meritoriū. Et bi⁹ bonū nō p̄t liberū arbitriū lapsū absq; auxilio gratie gratū facientis. Iz⁰ mō dr̄ aliq̄d esse bonū in b̄ q̄ aliq̄ modo de p̄gruo dispōit ad bonū Et tale est bonū q̄d fit extra caritatē:nihilomin⁹ tñ cū recta intentiōe. Et i tali nō p̄t liberū arbitriū absq; munere gr̄e gratis date per quod illuminet⁊ diligatur ⁊ excitet ut velit facē ut sit aliq̄d deo placitū. Iz⁰ mō dr̄ aliq̄d bonū:quia est ordinabile: ⁊ habet aliquā ordinationē intra se: siue ex transitu sup mām debitam.sicut pascere esurientem: siue ex debita circūstantia superaddita.s.cū id faciat quando exigit loci ⁊ temporis opportunitas. Ad illud autē gen⁹ boni cōplendū:⁊ si grā gratis data sit necessaria ad b̄ q̄ fiat faciliter: circūscripto tñ oī munē gr̄e ⁊ relicto libero arbitrio i puris nālib⁹ p naturale iudiciū ⁊ distinctū hō posset i tale bonū:deo sibi cooperante sicut cooperat i alijs creaturis.

Tertia conclusio dicit̄ multiplicationis. Ostendit enī deus peccatoribus caritatē suā: cū si in vno solo si fieri posset omniū malorum: siue demonū: siue hominū eēnt peccata omniū hereticorū: idolatrarū: omniū homicidarū: ⁊ huiusmodi. hic tamē ad deū conuerti desideās benigne suscipit̄ nec despicit̄ ob tantā congeriem pctōrū iniquitatūq;. Quod vtiq; verū constat esse auctoritate. Ysaias nāq; in psona dei. 44. c. ait. Deleui inquitates tuas ut nubem: ⁊ quasi nebulā pcta tua. Dicit iniq̄tates i plurali ad notādū q̄ plura ⁊ multa peccata remittit etiā si i vno inueniātur. Idipsū voluit dns ostendere p Ezechielē. 18. c. vbi ait. Si impi⁹ egerit pniam ab omnibus peccatis suis q̄ opatus est. ⁊ custodierit vniuersa pcepta mea: ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iusticiā: vita viuet: ⁊ nō morietꝫ. Omniū inquitatum eius quas opat⁹ est nō recordabor

dicit ꝙ deus remittuꝫ se nō aliqua sed oia atq; nō se recordaturū. Aduertēdū tamē est in eo ꝙ dicit: non recordabor ꝗa nō recordari potest duplicit intelligi. Primo ꝙtū ad simplicē obliuionē. Et ꝟ modo nō ꝓuenit deo: ꝗa oia scit: preterita presentia ⁊ futura. Alio mō nō recordari potest intelligi ꝙtum ad vindictā ⁊ punitionē: ut si ꝗs nō recordat de alicui⁹ peccato ad ipsū puniendū ⁊ iudicandū. Et hoc modo nō recordari dicit de deo. Cuz ergo dicit. non recordabor. sensus est iste. Cum peccatorem penitentē conspexero ota eum videbo ac si nūq; peccasset. Igit audi tu alia vocē clamantis dei qui ad te loquitur: tibiq; dicit. Tu fornicata es cum amatorib⁹ multis: tamē reuertere ad me ⁊ ego suscipiam te. Cur tam dura es o ingrata creatura? Cur nō mollit cor tuū ad vocem tam dulcem celestis sponsi? Forte dices. Timeo ipsū: ⁊ despero. ꝓpter multitudinē pctōrū meorū. An nō audisti que dixi paulo ante? Ez adhuc ut spes tua subleuet: speculare ⁊ cōsidera illam peccatricē Magdalenā cui dīs pctā dimisit. O ꝙ multa ⁊ varia cōmiserat ꝓtra deū cū ꝑditione aiarū suar. ꝓxime: ⁊ tamē scribit Luc. 7. c. Dixit ibs pharisco qui de ipsa murmurabat. Remittunt ei pcta multa. Marc⁹ i euangelio suo asserit ibm xp̄z ab illa eiecisse .7. demonia: per que ꝑm Greg. in omel. sup Luc. vitiorū vniuersitas designat. O magna olim peccatrix: nūc vero scā quid remisit tibi lachrymati xp̄s? Nūquid vnū pctm? Certe inquiet ad oēs euangelicā vocē pscrutantes. Nō vnuz ꝙ plura in dimissa sūt. Ultimā oēs pctōres mundi ad pedes ibu currerēt sicut ⁊ ego: ꝗa vnicuiq; diceret: Remittunt tibi pcta tua. Que omnibus nobis remittat dominus noster ihs xp̄s saluator seculi; concedens hic nobis gratiā demum perducens nos ad eternā gloriam: qui sit benedictus: exaltatus: magnificatusq; in secula seculorum. Amē

Sermo quintus de diuina caritate: in quo ostēditur ꝙ ardens sit amor diuinus ut saluent pctōres: quos etiā in extremo vite si vere penitentiam egerint libenter suscipit.

Tenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis. Iterū vbi s. Rē grādem de caritate dīna aggrediar in presenti sermone: in quo contemplabimur latitudinem diuini amoris: qui tā vehemēs ⁊ ardentissimus est erga quoslibet peccatores ut saluent: ut post inueteratam in malis consuetudinē diuturnāq; perseuerātiā si se corrigē voluerint benigne adhuc eis venīā prebet. Hoc vtiq; i ꝗnta flāma amoris saluator expressit: cū dixit. Venite ad me o. ꝗ la. ⁊ one. estis. ⁊c. Onus siquidē pctōrū: vetustatē cōsuetudinēq; designat: q̄ aggrauat illos qui penitentiam differunt: non solum vsq; ad decrepitā senectutē: verū etiam vsq; ad extremū vite. Vis tamē ita tarde ac sero penitentibus spondet redemptor mundi peccatorum indulgentiam Ob quod in presenti sermone aperiam hanc flammaz more solito sub triplici conclusione.

Prima cōclusio vocat difficultas.
Secūda ꝯclusio vocat possibilitas.
Tertia ꝯclusio vocat remissibilitas.

Capm primū qualiter hi qui pniaz differunt vsq; ad extremuz vite vix ꝑnt vere penitere propter impedimenta que possunt occurrere.

Prima ꝯclusio dicit difficultas differre siquidē pniam vsq; ad extremū vite i malo pseuerādo periculosissimū est ꝗa difficile ē ut possit quis tunc digne penitētiam agere propter quinq; impedimēta que possūt occurrere.

Primū dicit passionū alteratio.

Secundū dicit caritatis priuatio.
Tertiū dicit in peccatis habituatio.
Quartū dicit diaboli impugnatio.
Quintū dicit .ppinquorū inimicatio.
Primū impedimentū dicit passionū alteratio. Solet enī euenire q̄ in extremitate vite quādo peccatores infirmāt in sensitiua pte adest maximus dolor ⁊ timor maximus: ⁊ quādoq; vterq; sil': ⁊ vtraq; passio vehemens nata est impedire literū arbitriū ⁊ vsum literę rōnis ⁊ voluntatis. Et licz omnes nostre passiōes rationē ⁊ mentez hominis tristari habeant. tamē ꝑm Aug̃. li. 83. qō. nū. q. 33. Passiones causate a tristabilibus plus mouent q̄ passiones causate a delectabilibus. Actus autē displicētie de peccato ad hoc q̄ sit sufficiens ad penitentiā veram necessario requiritur habere vsum literaz rationis q̄ multotiens ꝓpter passiōes impedit. Efficiūt quippe multi frenetici: ⁊ nec dei nec sui valent recordari. Multi perdūt loquelam cum sensu: ⁊ loqui quippiā nō pñt. Hinc Aug⁹ in sermone de innocētibus ait. Hac aiaduersiōe pcutitur peccator ut moriens obliuiscatur sui: qui dū viueret oblitus ē dei. Ex hoc Aug⁹ de pe. di. 1. c. null⁹. ait. Null⁹ expectet quando peccare nō potest. Arbitriū querit libertatem ut delere possit cōmissa nō necessitatē. Qui prius itaq; a peccatis relinquitur q̄ illa relinquat: non ea libere: sed quasi necessitate condemnat. Secundū impedimētū dicit caritatis priuatio. Ad hoc enī ut displicentia pcōz sit deo grata: est necesse q̄ sit debite circūstantiata principij ⁊ finis: hoc est q̄ sit voluntaria ꝓpter deū. Unde Aug⁹ in predicto. c. null⁹. Scriptuz est inquit neminē sine caritate posse saluari. Non itaq; in solo timore viuit homo. Quem ergo penitet: oportet nō solum deū timē iudicem: ſ etiā iustū diligere: ut nō tm̄ pnā timeat: ſ auricł. ꝓ glia. hoc ille. Cū ergo in tali extremitate vite magis ꝙs timore q̄ amore ducat ad penitentiā: periculosum est tale tempus expectare.

Tertium impedimentū est peccatoz habituatio. Nā ut phs dicit. habit⁹ est qualitas de difficili mobilis a suo subiecto. Ex frequentatis enīz actibus generatur habitus. Cū itaq; aliquis diuturno tempore in mundi amore pseuerauit: difficillimū esset ipsum trahere ut mundū non diligat: ⁊ de dito mundo nō deleat. Dicit nāq; Greg⁹ in moral. Nunq̄ sine dolore perditur: quod cum amore possidetur. Audi ⁊ ego multa exempla de hoc. Nam cum diues quidaz laboraret in extremo: ego eum monebā ut animā suā deo cōmitteret. Ipse vero sentiens a suis domesticis ⁊ familiarib⁹ p domū discurrentibus contractari dona sua cum suspirijs dicebat: Heu me heu me. tantū laboraui. p bis bonis adipiscendis: ⁊ modo diripiūt mihi. O diuitie mee. o pecunie mee. o iocalia mea quis vos possidebit? Inter hec ⁊ huiusmodi pauc de sua salute sollicitus miserrimus expirauit: Fuit aliud exemplum etiā huic simile in ciuitate Spoleti. Ibi enī erat puella q̄dā formosa q̄ vanitatibus semp intenta erat: ⁊ nihil de futura vita cogitabat. Hec infirmitate pcussa montiōes ⁊ hortamēta salutis abhorrebat. Tandez cum cerneret se superuiuere nō posse: petiuit cuncta ad ornamentū corpis expectantia. Et cuz se ornasset quasi nuptias intratura cuz singultibus ⁊ suspirijs en moriar dicens en dilectā mihi vitaz ablatā conspicio o diabole suscipe animā meā. Inter hec verba expirauit damnata ⁊ deperata.

Quartū impedimentū dicit diaboli impugnatio. Ingerit nanq; diabolus graues temptationes cum aliquez appropinquare fini conspicit. de quo ps ait. Insidiat in abscondito quasi leo in spelūca sua: Quia ⁊ si a circūstātib⁹ nō videat: apparet tm̄ hor⁹ ⁊ grauis his q̄ ad mortē corpalē laborāt. Alī Beda refert i gestis anglor. q̄ rex q̄dā anglie Odoardus noie habuit militē i armis pbū: ſ corruptū in moribus: q̄ frequēter admonit⁹ i sanctate ptēnebat se corrige

Cū autē inprouisa infirmitate ferirē: a rege visitat' ⁊ monet' ad pēitentiam. Qui renuit dicēs: ꝙ videret' hoc facere ex timiditate cordis. Cū ꝯo ad mortis ꝑducerē terminos: iterū rex visitauit eum monēs ut pēniteret. Qui dixit. O dñe mi rex: tarde est cum iam sim iudicatus ⁊ damnat'. Ideo nō possū pēnitē quia parū anteꝯ ingressus fuisti domū istā intrauerūt duo clarissimi iuuenes quoꝝ vnus sedebat ad pedes lecti mei: alius ad caput: q ⁊ dixerūt. Iste adiudicatus est morti. Videamus si aliqō ius habemus i eo. Et vnus extraxit librū speciosissimū de sinu suo sed valde paruulū litteris aureis ⁊ fulgentibus scriptū. In quo legēs vidi aliq̄ parua bona q̄ fecerā in iuuentute mea anteꝯ moztalit' peccassem. Et cū muro modo exultarē in visione eoꝝ: ecce duo teterrimi dēmones intrauerūt ⁊ portauerūt vnū magnū librū teterrimis litterꝭ scriptū. In quo vidi scripta oīa pcta mea atq; flagitia. Et dixerūt dictis angelis qui hic erant. Quid hic facitis: cum in eo nullum ius habeatis: ⁊ liber vester nihil valeat: sed dēs noster? Angeli āt responderūt ꝙ verū est: ⁊ recesserūt. Et hi duo dēmones cruciāt me. Quib⁹ dictis expirauit. Nec tñ malis diabolus molestus est in extrema vita: nec suis etiaz ⁊ bonis ⁊ sanctis. Scribit enī Cyrillus ad Aug̃. de transitu hieronymi. ꝙ Eusebius vir sanctissimus olim discipul⁹ hieronymi: cum esset e vita migratur⁹ aduenientē die qua se ex hieronymi reuelatiōe migrari sciebat: die tertio preeunte: labore febriū cōcussus valide: se super terrā magistri sui hieronymi nō immemor nudū reclinari fecit a fratrib⁹ Et a singulis osculū accipiēs: benigna eos consolatione confortauit: ut in scō manerēt ꝓpōsito. Deinde saccū q̄ opiebat' gloriosus hieronym⁹ deferri: ⁊ supse deponi fecit. Ordinauitq; se nudū ad instar gliosi hieronymi magistri sui ex ecclesiā in q̄ iacebat sci hieronymi cauer sepeliri. Post hoc corpe dñi nostri ihu xpi se muniens: deo ⁊ btō hieronymo deuote se cōmēdauit: ⁊ sic p triduū locutione corpali ac priuatus visione: circūstantibus alternatim fratrib⁹ psalteriū: passionē dñi: ⁊ alia sacra ptinue legentib⁹ iacuit. Durū quippe ē hoc qō narro ait Cyrill⁹ ⁊ cūctis ratiōe vtentibus formidabile. Die enī quo moriturus erat ante btē aie exitū p duas horas venerabilis Eusebius cepit ita terribiles actus pagere ꝙ circūstātes monachi pauore pterriti timentes in terra iacebāt. Nā quādoq; transuersis oculis manib⁹ simul iunctis: voceq; dura: facie terribili clamabat. Non faciā. Non faciam. Mentiris. Mentiris. Post hoc ad terrā vertens faciē suā: in terra eam firmabat q̄tum poterat clamans: Adiuuate me fratres ne pream. Qō monachi videntes: oculis lachrymantibus eū interrogauerunt quid hoc esset. Ad qs ille. Nonne vidistis dēmonū agmina qui me dellare cupiebant? Et illi Quid te facere volebant cum dicebas non faciā. mētiris? Aut illis. Conabāt ut dei nomē blasphemarē. Tunc enī b facere negabam ac clamabam. At illi Quare pater absondebas faciē tuā in terram? Rndit. Ne eoꝝ conspectū viderem: qui tam turpis ⁊ terribilis ē ꝙ oēs terroꝛes qui sūt in mundo respectu eius nihil sunt. Tandem apparēte hieronymo glorioso felicit' expirauit. Si ergo amicus dei tam durū pcliuz cum diabolis est congressus quid facient dēmones bis qui dei sūt inimici? Jō seruandū est illud Eccl. 5. c. Ne tardes cōuerti ad deū: nec differas de die in diē. Subito enī veniet ira illi⁹: ⁊ i tpe vindicte dispdet te. Quintū impedimētum est amicoꝝ seu ꝓpinquoꝝ inimicatio. Ait.n. dñs Math. 10. c. dixit. Inimici hominis domestici eius. Conuenit enī istud diuitib⁹ ⁊ magnatib⁹ ꝙ i fine nullus eis audet noiare confessionem uel satisfactionē. Ex qui sūt amici sollicitant: si qd de suis bonis rape possint. O quot moriuntur sine pnia, ꝓpē culpā

ꝓpinquoꝝ. Hinc est q ecclesia medicis ꝓceptū vedit. ex ve pe. 7 re. c. cū infirmi/tas. d. Cū infirmitas nonunq ex pctō ꝓueniat: dicente dño languido quē sanauerat: vade 7 ampli⁹ noli ꝓccare ne veterius tibi contingat. ꝓsenti vecre/to statuimus: 7 districte ꝓcipim⁹ me/dicis coꝛpoꝝ: ut cum eos ad infirmos vocari ꝓtigerit: ipsos ante oīa moneāt 7 inducant: ut medicos aduocent aia/rum. Et postq infirmo fuerit ve spūali salute ꝓuisum: ad coꝛpalis remediū medicine salubꝛius ꝓcedat: cum ces/sante causa: cesset 7 effectus. Hec ille. Cū itaq ex p̄dictis aliisq imꝓbabilibus ma/nifestū sit sepe ꝓnitentiā differentibus ꝓiculum graue iminere: non est securū tardare vsq in finem.

¶ Capitulū secūdū qualiter nō negat ꝓccatoꝛibus ꝓnitentia: etiā i extremo vite: 7 q ve nullo ꝓccatoꝛe est vesperā/dum in hac vita.

Secunda cōclusio dicit possibi/litatis. Nam 7 si sit difficile: ut homo qui diu in malo pseuera/uerit ad bonā viā redeat: nō tamē ē im/possibile. Immo pōt esse ut quispiam oi tpe vite sue fuerit malus: 7 tamē in vl/timis ad veum reuertat. Probat equi/dem hoc quintuplici via.
Prima via dicit auctoꝛitatis.
Secunda via dicit libertatis.
Tertia via dicit ꝓcepti maiestatis.
Quarta via dicit caritatis.
Quinta via dicit exemplaritatis.

¶ Prima via dicit auctoꝛitatis. Pro/batur eni esse possibile ut homines ad salu/tem veniant post diuturnā in pctis con/suetudinē. auctoꝛitate Aug⁹. 7 ponitur ve pe. di. 1. c. nemo. Nemo est vespand⁹ dum in hoc coꝛpe constitut⁹ est. Et idez in libꝛo ve vita xp̄iana ait. Nonnullos scimus 7 legimus qui antea aut igno/rātie cecitate: aut causa pfidie: aut ado/lescentie vanitate vecepti: multiplicia 7 vario pctōꝝ genē tenebāt obnoxij 7 p sustinētē vei clemētissimā pniaz. postea ab erroꝛe conuersi: maioꝛa adhuc opa fecisse iusticie q ante pctā commiserāt.

¶ Secūnda via dicit Libertatis. Aūq eni ve coꝛpe exeat aia: vnusq viatoꝛ liber est: 7 ve coi lege ad bonū 7 ad ma/lum ꝓnus. Unde sic se habet vnusq pctoꝛ ad bonuz: sicut quilibet iustus ad malū. Sed sicut q diu i libero arbitrio sumus: vnusq q tumlibet scūs secur⁹ esse nō potest: ita 7 oīs pctoꝛ q tūcunq nequā vespare nō vetet. Propꝛea Piero ad Julianū ait. Eteni sancti coꝛruunt si fuerint negligētes: 7 pctoꝛes pristinū recipiūt gradū: si sordes fletib⁹ lauerint Hoc quidē dico ut te nō terreant vesce/ntes: sed ꝓuocent ascēdentes. Nunq a malis exemplū sumit: 7 in reb⁹ seculi semp a parte meliꝛi incitamēta salutis sumunt. Hec ille. ¶ Tertia via dicit p/cepti maiestatis. Nā satisfacere vo usq ad extremū est oib⁹ ꝓceptuz. Precepit nāq deus pinam indifferēter pctoꝛib⁹ Sed ut ait Aug⁹ in sermone confessoꝝ seruū pigꝛ nō damnaret si ea que fieri nullo modo poterāt imparet. ergo indif/ferenter oēs pctoꝛes pōt facere pniam.

¶ Quarta via dicit caritatis. Omnes ex caritate tenēt diligere. ꝓximos suos siue sint boni siue sint mali. Sed funda/mentū huius caritatis est: quia. ꝓximi possunt participare beatitudinē. Sed q sunt mali: sunt tanq ꝓximi ex caritate diligendi. ergo possūt participare beatudi/nem. Sed hoc nō possunt q diu in pctō sūt. ergo pōt a pctō resurgere. ¶ Quin/ta via dicit exemplaritatis: que ꝓbatur exemplo. Legit in legenda sci Andree q senex quidam nocte Nicolaus adiit sanctū Andreā. d. Homie ecce. 10. āni vite mee in quib⁹ luxurie deseruiui. Ac/cepi aliquādo euangeliū oꝛans deū ut mihi amodo continentiā largiret: & in ipso ꝓccato inueteratus 7 mala cōcu/piscentia inflāmatus: statim ad opus solitū reuertebar. Quadā aūt vice ob/litus euangelij qō sup me posuerā ad la/panar iui: statimq meretrix dixit mihi Egredere senex egredere: quia angelus

rei es tu. Ne me contingas: neq; huc accedere ꝓsumas. Video enī sup te mirabilia. Stupefactus recolui q̄ mecuz euangeliū retulissem. Huc ergo sancte rei ꝓ salute anime mee pia tua oratio incedat. Audiens hec beat⁹ Andreas flere cepit: ⁊ a ctia vsq; ad horā nonaz orauit. Et surgens comedere noluit: ꝫ dixit. Non comedam nisi sciam si deus miserebit̄ istius senis. Cūq; diebus .v. ieiunasset venit vox ad Andreā .d. Obtines Andrea ꝓ sene. Ez sicut ieiunijs macerasti te: sic⁊ ipse se affligat ieiunijs ut saluet. Dō ⁊ ipse fecit mensib⁹ .6. in pane ⁊ aqua ieiunās. Et postmodū plenus bonis operib⁹ in pace quieuit. Venit ergo vox ad Andream .d. Per orationē tuā Nicolaū quē ꝓdideraī acquisiui. Ex his ergo colligim⁹ q̄ nemo sit tam ꝓauus: q̄ post retēta facinora longo tempore penitere nō possit. Aliud .n. est dicere q̄ sit difficile: ⁊ aliud q̄ sit impossibile. Primuz verū est. secundū non solum falsum: sed hereticum ⁊ ꝓtra ēm veritatem scripture.

¶ Capitulū tertiū qualiter si nunq̄ bō bene fecisset: ꝫ semp fuisset malus. ⁊ tñ in vltimo vite penitentiam ageret deus sibi indulgeret.

TErtia conclusio dicit̄ remissibū litatis. Posito enī q̄ alic⁹ toto tempore vite sue inimic⁹ dei fuit nihilq; boni operatus ē in infantia: uel in pueritia: uel in adolescentia: uel in iuuentute: uel vnq; in senectute: adhuc de illius salute nō est desperandū. Talis egrotat grauiter: nihil cogitās de emendatione: non sic est desperandū. Incipit latozare i extremis: nec agit penitentiā adhuc nō est desperandū. Ducit ad talē terminū q̄ nō potest amplius dicē nisi hec verba. Peccaui deus miserere mei. Si ex corde talia loquit̄: tam amplissima est dei misericordia: q̄ indulget sibi omnē vitā male actam: ⁊ ascribit eum numero electoz̄. Et hoc probat̄ quintuplici testimonio.

Primū est Hieronymi.
Secundū est Leonis papē.
Tertium est Julij papē.
Quartum est Cypriani.
Quintum est Celestini.

¶ Primū testimoniū est Hieronymi ad Paulam de dormitiōe blesille: que .zo. sue etatis anno diem clausit extremū. d sic. Cum sanctū corpusculū febribus ardoz excoqueret: ⁊ semianimē in lectulo vallaret circulus ꝓpinquoz̄: hec ī extremis verba mādabat. Orate dominū ihm ut mihi ignoscat: quia implere nō potui quod volebam. Secura esto o mi blesilla. Confidimus probare vra esse que dicimus: nunq̄ est sera conuersio. Vox hec primū in latrone dedicata est. Amen dico tibi hodie mecum eris ī paradiso. Et idem ad Damasum papam. ⁊ ponit̄ de pe. dis. z. c. importunis. Xp̄s inquit de cruce in paradisū latronē tulit. Et ne quis aliquando seram cōuersionē putaret fecit homicidij pēnā martyriū. ¶ Secundū testimoniū est Leonis papē. ⁊ notatur in decretis .zō. q. ō c. bis qui. vbi ait. Misericordie dei nec mensuras possumus ponere nec tempore diffinire: apud quē nullas patit̄ venie moras conuersio: dicēte dei spū per ꝓphetā. Cū quocūq; ingemuerit̄ saluꝰ eris
¶ Tertiū testimoniū ē Julij papē. zō q. ō. c. Si presbyter. vbi ait. Vera confessio in vltimo tpe potest esse. quia dōs non solum temporis: sed etiā cordis inspector est. Sicut latro vnius momēti penitentia meruit esse in paradiso in hora vltime confessionis. ¶ Quartū testimoniū est Cypriani in epistola secunda ad Demetrianū. q̄ dicit. In isto adhuc mundo pmanenti nulla penitentia sera est. Patet ad indulgentiam dei aditus: ⁊ querētibus atq; intelligentibus veritatem facilis est accessus. ¶ Quintum testimoniū est Celestini papē. zō. q. ō. c. Cognouimus. Perdidisset vtiq; latro in cruce pmiū ad xp̄i dexterā pendēs: si illum hore vnius penitentia nō iuuisset

Cum esset in pena penituit: & p vni⁹ cō-
fessione sermonis habitaculū paradisi eo
pmittente pmeruit. Clera ergo ad deū
conuersio in vltimis positoꝝ mēte pot⁹
est estimanda q̄ tpe: ꝓpha dicit taliter as-
serente: Cum cōuersus ingemueris tūc
salu⁹ eris. hec ille. Patet ergo q̄ largissi-
ma est dei caritas: & effusa pietas illius
qui nō tm̄ pctā relaxat: sed etiā ex medica
pnia fetidissimos pctōres ad suā grām
suscipit: quā nobis ipse largiat qui est
benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

Sermo sextus. de diuina caritate: in
quo aperit q̄ inestimabile sit pciuꝫ nre
redemptiōis: vbi offertur copiosissime
sanguis xp̄i: ut peccata abluant: quem
ipse xp̄s passus offert omnib⁹ gratiose.

Uenite ad me oēs q̄ laboratis & onerati estis. Itez vbi supra. Cupienti scire pfunduꝫ diuine caritatis: necessariū est inspicere dei filiū in cruce pendentē: qui ut paterne iusticie satisfaceret: recu perareteꝫ perditū humanū gen⁹: voluit pcriosū sanguinē suū effundere. cuius virtute nobis peccata pdonant: gratia concedit: & aperitur ianua regni celoꝝ. Erant eni tria que hoies in celū pscēdē impediebant: diabolica ptās: dei iusta seueritas: & ppria hominū malicia: ppē q̄ dignatus mūdi redēptor i suo corpe sacratissimo suscipere omne debituꝫ sa-
tisfactionis. Unde oēs pctōres ad deū volentes redire securū habent ad illum accessū cui nō. ppria merita: sed inocētis ibu merituꝫ offerre valent. Idcirco in presenti sermone de sexta flāma diuine caritatis dicendū est: que pciositas nū-
cupat. de q̄ saluator dicit. Ego. s. Ego sum ipse q̄ p pctōꝝ vestroꝝ absolutiōē pciū sufficientissimū soluo. Ad qō ple-
nius intelligendū notabimus tres con-
ditiones xp̄i patientis oppositas imp-
dimens nostre salutis.

Prima conditio dicit abiectionis humilitas.

Secūda dicit doloris acerbitas.

Tertia dicit extrema paupertas.

Capitulum primū de humilitate xp̄i in cruce qua vicit diaboli superbiam: qui impediebat homines ne saluarentur.

Prima conditio vocat abiectionis humilitas. Voluit siquidē ibus benedictus a ptāte diaboli liberare nos p suā abiectionē & humilitatem. Mors quidē eius abiectissima & ignominiosissima & vilissima fuit eo volente: ut diabolus būilitate vinceret. Dōt aūt humilitas xp̄i crucifixi ostendi si considerent tria. videlicet

Locus.

Tempus.

Modus.

Primo quidem fuit mors xp̄i abiectissima ratiōe loci. Nam qui elegit bethleem natiuitati: hierusalem sue passiōi elegit: ut maior mortis esset abiectio q̄ ortus sui extitisset gloria. Erat. n. hierusalez metropolitana: principalis sedes regis: magisterij & sacerdotij. Et ideo ibi voluit pati ille qui erat rex magister & sacerdos: & in cultu vnius dei & i magno populo. Nam dicit Aug. z. Et erāt habitātes i hierusalē iudei viri religiosi ex omni natiōe que sub celo est. Et subdit parthi & medi & elamite & qui habitabant mesopotamiā: iudeam & cappadotiā: pontū & asiam frigiam & pamphiliā: egyptuꝫ & partes libye que est circa cirenē: & aduene romani: iudei quoq; & pseliti: cretes: & arabes. Ex q̄ pꝫ q̄ ei⁹ mors fuit maxime ignominiosa ppter diffusionē infamie ad oēs mundi partes. Fuit etiaꝫ crucifixus in monte caluarie: ut Job. 19. scribit: vbi impij cruciebant & decapitabant. Hic quidē est mons in quo Abraā voluit immolare filiū suū Ysaac. Gen. zz. Secūdo fuit xp̄i passio ignominiosissima rōne temporis: quia passus ē in festo azimorum: quando de tota iudea popul⁹ isrl

in bierusalē conuenire vebat. Nā sm Nico. ve lira viri ter in anno tenebātur bierosolymā accedere: 7 interesse festo: 7 apparere cozā dño. Primo in pascate que i anno illo fuit feria sexta. 7 tali die crucifix⁹ est ibs. Secūdo in pentxecoste in memoriā date legis in monte synai. Tertio i scenopxegia qō idē est qō fixio tabernaculoz: 7 fiebat in memoriā. 40. annoz: quib⁹ filij isrl fuerunt in veserto.

Tertio fuit xpi passio vituperosissima rōne modi. qa crucifixus est in alto loco ut ab omnib⁹ videref: 7 positus est i medio latronū tanq̄ ipse duob⁹ illis latronib⁹ veterioz extitisset. Hec autē oia ibs patiēt tulit ut diaboli superet potestatē Unde 7 Job. apoc. 20. c. ait. Vidi angelū vescēdentē ve celo. i. xpm habentē clauē abyssi. 7 catbenā magnā i manu sua: 7 apprehendit draconē magnū serpentē antiquū: qui est diabolus. 7 ligauit eum 7 clausit in abyssum: 7 posuit signaculū sup ipsū. Per istū angelū sm oēs expositores intelligit xps qui ⁊tute sua diaboli potestatē ligauit. Ez nō immerito alicqs posset obiicere. qz. s. diaboli potestas nō est ligata. Nam. i. Petri. 5. dicit. Sobrij estote 7 vigilate: quia aduersari⁹ vester diabolus tāq̄ leo rugiēs circuit querēs quē veuozet. Et Eph. 6. c. Non est nobis colluctatio aduersus carnē 7 sanguinē: sed aduersus mundi rectozes tenebraz barū. Ad qō rndent Alex. ve ales i. 3. volumie sūme. 7 Boēi in. 3. di. 19. Dz ut etiā magister sentētiaz in littera dicit: p passionē xpi literati sumus a potestate diaboli ōs quidē ⁊tuz ad sufficiētiā: sed illi soli qui sunt ve ei⁹ cozpore qō est ecclesia ⁊tū ad efficaciā. Quod patet sic. Haz diabolus ante xpi passionē batebat duplicē manū sceliez attrabentē: 7 impellētē. Manus attrabens erat potestas trabēdi homines ad limbū etiā iustos 7 sanctos. Man⁹ impellens erat potestas ꝓcipitandi i malū 7 fallaciā p violentiā: quia tēptabat ut draco: 7 tēptabat ut leo. Prima man⁹ attractiua erat tante potentie: ut nullus posset ei resistere. Et hec fuit oio vebilitata xpi passione. Jam enī nullū iustū potest ad limbū trabere: quia p passionē xpi veletū est cyrographū peccati Ade. Manū aūt impellētē batebat ita fortē ut cū magna difficultate posset quis ei resistere. Et ideo i multis regnabat: imo fere i omnib⁹: 7 oēs supabat: uel p fraudulentiā: uel p violentiā. Et huiusmodi potestas vebilitata est p passionē xpi: per quā lumen ⁊itatis apiē cōtra diabolicā fraudulētiā. 7 adiutoziū tribuit ⁊tutis ꝓtra diabolicā violentiā: lumē ⁊itatis interius per diuinā inspiratione: exteri⁹ p humanā instructione. Jam itaq̄ fere in omnib⁹ est veritas ꝓpalata: 7 ideo vestructa è idolatria que pri⁹ regnabat Adiutoziū in virtute attribuit p gratie infusionē que reprimit concupiscētiā: 7 hoc merito passiōis xpi quā diabol⁹ abhorret 7 timet. Et sic potest ad obiecta respondeti. Quicūq̄ ḡ xpm intreget: cur caput nō erigit in cruce: audiet illū protin⁹ respondentē. Heu quāta est cōfusio Ego ille sū qui ir'm intraverā clamantibus pueris: benedictus q̄ venit in noie domini. 7 omni populo iubilāte. 7 modo nudus patioz i medio latronū: ut hoiez liberē a diabolica superbia 7 potestate.

Capitulū secundū ve imenso voloze xpi in cruce quē sustinuit ut ipse ꝓ oib⁹ peccatoribⁿ penitētiā faceret.

Secūda cōditio xpi patiētis fuit voloris acerbitas ut pnas nostras ipse portaret. ve quib⁹ Ysa. 53. c. ait. Vere langozes nōs ipse tulit: 7 volozes nostros ipse portauit: 7 nos reputauim⁹ eum quasi leprosū 7 pcussū a deo 7 humiliatū. Ipse aūt vulneratⁿ ē ꝓpter iniquitates nostras. 7 attritus est ꝓpter scelera nostra. Disciplina pacis nostre sup eū: 7 liuoze eius sanati sum⁹. Oēs nos q̄si oues errauim⁹. vnusq̄sq̄ i viam suā veclinauit: 7 dns posuit in eo iniquitatē omniū nostrū. Et. i. Petri. c. 2. Peccata nra ptulit in cozpe suo sup lignū: ut petis moztui iustissime viuam⁹ cuius liuoze sanati sumus. Que verba

L

ꝛeclarans magiſter in 3°. di. 19. ait. Pec/
cata portare eſt pro peccatis nris pe3
pati. Voluit itaq; ihus pro nobis. Ad
cuius plenioꝛem intelligentiam tria ve
ipſo conſideremus.
Primo veritatē.
Secundo grauitatē.
Tertio vtilitatem.
¶ Primo cōſideremꝰ voloꝛis xpi veritatē
Non eni videt quibuſdā xpm vere do/
luiſſe: qa arguūt primo ex quodā dicto
Hilarij. ꝛecimo libꝛo de trinitate. vbi ait
Virtus coꝛporalis ſine ꝓſenſu pene vim
pene in ſe veſcientis excepit. Sed verus
voloꝛ non eſt ſine conſenſu pene. ergo in
xpo non fuit verus voloꝛ. ¶ Secundo
arguūt ex dicto Dionyſij: q ad Jobem
euāgeliſtā ita ſcribit. Abſit ut ego inſa/
niam. ut credā ſanctos aliquid pati ſm
coꝛporis paſſionē: ſed ſm ſolum iudica/
re ipſos ſentire credo. Si ergo hoc ē vꝛ
ſancti nō ſenſerūt paſſiones vllas ꝙ ſolū
ſm iudiciū: nō ergo ſm experiētiā. ergo
patiendo non habuerunt doloꝛē verū.
Ergo multo minus ſanctꝰ ſanctoꝝ xpꝰ.
¶ Tertio arguūt: quia Moyſes ieiu/
nauit. 40. diebus 7. 40. noctibus ſine
aliqua coꝛporis leſione, ꝓpter continuā
cōtemplationē. Si ergo pfectio ꝛēpla/
tionis aufert paſſionē 7 ſenſum famis:
pari rōne videt q auferat ſenſū voloꝛis
in carne paſſibili. Sed in xpo fuit conti/
nua cōtemplatio 7 pfectiſſima. ḡ videt
q nulla fuerit in eo voloꝛis experientia.
¶ Quarto arguūt: qa nā agens ꝑſtan/
tioꝛ eſt patiente. Sz nā aſſumpta ꝑſtan/
tioꝛ eſt oi alia. ergo non videt q ab aliq̄
nā poſſit affligi nec ledi. ¶ Quito arguūt
qa ſi anima Petri poneꝛet in inferū: ab
ignib⁹ nō cruciaꝛet: qa nō habꝛet i ſe cām
p quā vꝛeat dolere. Igit aia xpi nullaz
cauſam paſſionis i ſe habꝛebat. Videt ḡ
q nullū doloꝛē ſentiebat in carne cꝫ tū/
cūq; paſſibili. Si ḡ voloꝛ eſt paſſio ipſi⁹
aie potius cꝫ carnis videt q in xpo non
fuerit voloꝛ verus. Tali erroꝛi innitūt
qdā hꝛetici. 7 ē etiā antiquus erroꝛ ſar/
racenoꝝ: q erroꝛ euacuat redēptionē
nr̄am 7 dicit xpm nō eē xpm. Dū. n. dic̄
xpm nō fuiſſe vꝛaciter paſſū: dicit ipſū
non ſatiſfeciſſe: acꝫ hoc nec genꝰ huma/
nū eſſe redēptū. Dū ꝙ dicit ipſū ſimu/
laſſe ſe pati: dicit ipſum fuiſſe mēdacē. 7
ita nec vꝛe fuiſſe vꝛi filiū nec vꝛi nunciū
7 ita nec mediatoꝛē ſed potius vꝛecepto/
rem. Jō catholice dicēdū eſt ſm Alex.
in. 3. ſume. 7 Boſi. di. 16. 3. libꝛi ſenten/
tiaꝝ. Vꝛ abſq; dubio vꝛa voloꝛis paſſio
fuit in xpo ſicut ſcriptura teſtat. Unde
Yſa. 53. c. dicit. Vidimus eū nouiſſimū
viroꝝ vir voloꝝ 7 ſciētē infirmitatē. Nō
nō intelligit ꝓpheta vꝛe ſciētia ſimplicis
noticie: ſed vꝛe ſciētia expientie. Et i ꝑ/
ſona eius dicit in pſal. Ego ſum paup⁹
dolens. Fuit enī in xpo caro paſſibilis⁹
pfoꝛabilis. fuit etiā virtus ſentiendi ſm
quā etiā anima cōpatit coꝛpi leſo. Cū
igit hec duo vꝛa voloꝛē faciūt. ſ. vꝛa le/
ſio: 7 vꝛ⁹ ſenſus leſiōis. 7 hec duo vꝛe
fuerunt in xpo. indubitanē tenendū ē q
in xpo fuit vꝛa voloꝛis paſſio. ¶ Ad
pmū ḡ qō obiicit vꝛe auctoꝛitate Hilarij
triplicit ē rñdendū. Quidā. n. dicūt ipſū
ꝙba illa retractaſſe. Alij ꝙo aſſeruūt qō
in ꝙto predicto 7 in aliis ibidē poſitis
nō excludit ſenſū voloꝛis in xpo ſm hu/
manā naturā: ſ ſm diuinā. Unde ꝙba
illa nō ſunt referenda ad xpi ꝑſonā. Et
hoc cōfirmat: qa ut dicit idē Hilarius in/
telligentia vꝛboꝝ ex cauſis eſt aſſume/
da. Voluit itaq; in vꝛbis ꝓmiſſis exclu
dere errorē Arrij hꝛetici: q dicebat xpm
ſm ſe totū paſſum fuiſſe. Quidā vꝛo ut
magiſter ſententiarū i littera reſpondet q
Hilarius non voluit oſtendere xpm nō
habuiſſe vꝛum doloꝛē: ſed nō habuiſſe
cauſā doloꝛis. ¶ Ad ſecūdū vꝛe auctoꝛ/
itate Dionyſij dicendū eſt. Vꝛ Dionyſiꝰ
nō ſenſit q beatus Jobes. 7 alij ſci non
exꝑirentur doloꝛē in toꝛmētis: ſ voluit
cōmendare conſtantiā mentis que non
magis cōmouebatur experientia ſenſus
q̄ cōmoueꝛetur ex ſola cōſideratione 7
iudicio rōnis. ¶ Ad tertiū vꝛe Moyſe
dicendum eſt: q 7 ſi dulcedo contem/
plationis quodāmodo ipſum reficeꝛet:

ꝛ a sensibus exteriorib⁹ abstraberet adeo ꝙ naturales virtutes quodāmō ꝙsopiret: ut nō ita ꝙsumerent ꝛ cibū requirerent: tñ ꝙ tanto tpe ieiunauit sine aliqua sui lesiōe: hoc fuit ꝑ speciale priuilegiū siue beneficiū ꝛ diuinū miraculum. Et ideo non habet locū in ꝓposito quia xp̄s in passione sua nō exercuit miracula potentie: ꝫ potius vsus ē armis patientie. ¶ Ad quartū dicendū est ꝙ illud nō oportet intelligi ꝙ sit verū simpliciter: sed ꝑm aliquā conditionez siue ꝓprietatē. Quia. n. lapis cedit pcussōi: nō oportet ꝙ lapis sit nobilior pcte: ꝫ sufficit ꝙ excedat in aliqua conditione: ut puta in duritie ꝛ soliditate. Et sic est in ꝓposito. Cuius enī clauus nō esset nobilior carne xp̄i: erat tamē durior ꝛ solidior. Et si tu obiicias mihi de aia ꝙ nō posset pati: dicendū ꝙ aia nō patiebatur ꝑ se: sed ꝑ accidens. s. compatiendo carni. Vel ꝑm Aug⁹. i. 6. musice. aia sumit occasionē patiendi ex carne: verumtamē patit ex se occasione accepta Aliter potest etiaz dici ꝙ illud verbum habet intelligi ꝑm institutionez nature nō ꝑm dispensationē misericordie ꝛ punitionē iustitie: quoz⁹ primum respicit animā xp̄i: reliquū animā peccatricem sicut. 44. di. 4. expresse habetur. ¶ Ad quintū qō obiicit ꝙ anima Petri nō pateret in inferno: dicendū ꝙ non est sile: quia anima Petri post glorificationem pfectā nō ē passibilis ex causa ꝓpria nec ex dispensatione diuina ꝓpter salutē alienā. Nō aūt est sic de anima xp̄i q̄ dispensatiue ꝛ voluntarie passibilitatem habuit cum carne passibili cui adiuncta fuit. ¶ Secundo consideremus doloꝛ grauitatem. Fuit enī dolor eius grauissimus: ita ut excederet oēs pēnas martyrum: ꝛ quecunqꝫ genera tormentoꝛū triplici ratione. videlꝫ

Primo, ꝓpter aie sue limpiditatem.

Secūdo, ꝓpter carnis teneritudinem.

Tertio, ꝓpter vtriusqꝫ necessitudinem.

¶ Prima ratio patet. qa aia ei⁹ habuit noticiam omniū veritatum. vnde nouit distincte que sibi fuerunt pēnalia: nec ꝓpter vnum aliud minus apprehendit. Ideo scōm numerū eoꝛum que patiebatur ꝛ partiū ꝑm quas patiebatur fuit apud animam ihesu doloris multiplicitas. Vñ Eccliastes. i. dr. Qui addit scientiaz addit ꝛ laborem. ¶ Secūda ratio patet. quia ꝑm Boñ. in. 3. dis. 16. in eo erat maxima cōpleriōis equalitas ꝛ sensus viuacitas. Quāto enim complexio est nobilior: ꝛ quāto sensus tactus est viuacioꝛ: tanto doloꝛ ē acutioꝛ. Scōm aūtē doloris ipsius magnitudinem est totius coꝛporis afflictio. Audi enī omniū membroꝛuz afflictionem. Pedes eius fuerunt afflicti: cum discalciati ꝛ nudi ꝑ totam noctem ꝛ ꝑ partem magnam diei huc ꝛ illuc currerent. Pieꝫ credendum est: ꝙ sepius in lapides impingebant effundebantqꝫ per viam sanguinem sacrum. Vitalia membra ac respirātia sicut coꝛ ꝛ pectoris concauū: ꝛ similia dure fuerunt afflicta in timoꝛe ꝛ multoꝛum suspirioꝛū ꝛ gemituum assumptione circa costas voꝛsum latera ateqꝫ coꝛpus. Et vniuersaliter omnia membra ī dura flagellatione afflicta fuerūt: in qua superficies carnis sue tenere ꝛ delicate fuit crudeliē lacerata ꝛ sanguine cruentata. Brachia fuerunt afflicta ob duraz ligationem ꝛ constrictionem. Humeri fuerunt afflicti duro onere crucis. Os quoqꝫ afflictuz fuit tam fetido osculo proditoris: ꝙ etiam fellis ꝛ aceti amaro potu. Dares afflicte fuerunt horribili fetoꝛe sputoꝛum abhominabiliū iudeoꝛum ꝛ fetoꝛe cadauerum moꝛtuoꝛum. Bene quoqꝫ afflicte fuerunt ꝛ tumefacte ac sanguine ꝛ liuoꝛe conspersē: tum ex percussionibus facieī: tum etiam ex spinea coꝛona ꝓpter quam sanguis per eius faciem deflebat. Oculi fuerunt afflicti cōfusi ꝛ velati ac fletu reliquati: in furoꝛis ꝛ iracundie ignē spirantium inimicoꝛuz suoꝛum aspectu: necnon quia videbat matrem ꝛ discipulum quē diligebat flentes ꝛ cruciatos

Aures replete fuerũt opprobriis. Alter tex capitis afflictus fuit durissimis spinis ⁊ percussione arundinis. Ob imensitatẽ itaq; doloris clamat xps Treñ. i. o. O vos omnes qui trãsitis p viam attendite ⁊ videte si est dolor similis sicut dolor meus. ¶ Tertia ratio ppter aie ⁊ corpis necessitudinẽ. Quãto eq̃dẽ maior ẽ amicitia anime ad ipsũ corp⁹ tanto separatio est dolorosior. Cuz g̃ inter aiam xpi ⁊ ipsũ corp⁹ maior esset amicitia q̃ fuit in alijs bonis mũdi: tũ ppt aie bñ ordinate caritatẽ: tũ etiã ppt corporis seu carnis puritatẽ ⁊ dignitatem sequit q̃ quando aia xpi p mortẽ fuit a corpe sepata q̃ dolor ipsi⁹ intensior fuerit q̃ dolor cuiuscunq; morientis. ¶ 3° ꝑsiderare oportet doloris xpi vtilitatem Nam q̃ dolorem suum nos literamur a pena cui merito subijceremur. Scõm. Gosñ. in. 3. di. 19. passio xpi nos literauit a pena tpali: ⁊ ab etna: ⁊ ab ea que est inter vtrãq; media. A pena tpali literat: dum virtute illi⁹ ꝓdonant nobis pctã nõ solum q̃tum ad culpã ⁊ reatũ pene eterne: sed etiã q̃tum ad dimissiõz pene satisfactorie: sicut habet fieri in sacramento baptismi. A pena etna libat literando a culpa. Dum enim p passionẽ xpi nobis gratia impetraf: p quã culpa dimittit nobis debitũ pene eterne mortis relaraf. Literat a pena que est etiã inter vtrãq; media: que quidez fuit carentia visionis divine ex merito peccati Ade Et illa quidẽ ⁊ si fuerit ad temp⁹ ppter gratiam reparata in eis qui detinebãf in limbo: debebat tamẽ habere eternitatem habito respectu ad culpã Ade. Sz aliquis obijciet: quia nunc illis penis temporalib⁹ subiacemus quib⁹ subiacebant illi qui erant ante passionem xpi Et nullus qui est in inferno damnatus literaf a pena temporali nec ab eterna. Rñdet dñs Gosñ. q̃ rõ illa peccat fm cõsequens. Non enim sequit q̃ si hoc mõ nõ literat a pena tpali ⁊ eterna: q̃ ppter hoc nullo modo. Cuius enim nõ literet a pena eterna eos qui sunt in malo obstinati: literat tamẽ eos qui volunt ⁊ pñt ad xpm cõuerti. Rursus q̃uis nõ literet a pena tpali in presenti: ut ab ista fame ⁊ siti: literabit tamẽ in futuro. libat etiam ab aliquibus penis tpalibus ad q̃s essemus obligati merito peccatorũ nostrorum nisi passio xpi interueniret. Si quis ergo pie xpm contẽplando in cruce pendentẽ interroget: cur caput tenet inclinatũ: audiet illũ dicentẽ ꝓpter nos. Deus me. doloribus angor: passionibus crucior: ⁊ in amaritudine morat anima mea. Alloquere ipsũ alloquere anima dura: ⁊ loquet ipse tecũ liberter dicci. O amantissime iuuenis: q̃ scel⁹ cõmisisti ut crucẽ cũ tanto dolore ascenderes? Et ipse dicet tibi. Tu anima es mihi causa doloris: tu peccasti ⁊ peccare non cessas: ⁊ cum penas non valeas soluere delictorũ: ego pro te pniaz ago ⁊ pro oibus qui saluari volunt. Absq; eni mei sanguinis effusione nullus saluari posset. Sanguis ꝓ meus effusus tante virtutis est ⁊ efficacie: ut vna gutta sola sufficiat ad redimendũ oẽ gen⁹ humanũ. Sz ego largus redemptor ut securi fiant qui saluari ⁊ cõuerti volũt non vnã guttulã: sed de toto corpe meo sanguinẽ meũ effundo: de capite: de facie: de ore: de collo: de manibus: de pedibus: de omnib⁹ mẽbris meis: ⁊ deniq; de corde meo. Propter hoc Ieriñ. super Cãt. Fmẽ. zz. ait. Ad cumulũ pietatis tradidit i mortẽ aiam suã: ⁊ de proprio latere. ptulit precium satisfactiõis: quo placaret patrẽ. Propẽ q̃ illũ ad se vrsiculũ traxit. Apud dñm misericordia: ⁊ copiosa apud eum redemptio. Prorsus copiosa: quia non gutta sed vnda sanguinis largiter per quinq; ptes corporis emanauit. Dicille. Sed bois peccatoris ipsũ fugientis maliciam xpus considerans: de ipso sic conquerit per Aug̃. contra quinq; hereses. Cum ees inquit inimicus patris mei reconciliaui te. Cum inter montes ⁊ siluas errares quesiui te: humeris meis portaui te. Pri meo reddidi te: Lauorauit: sudaui:

caput meū spinis opposui: manꝰ meas clauis obieci: lancea latus meū aperui sanguinē meum fudi: animā meā posui ut te mihi copularem. ⁊ tu diuideris a me?

¶ Capl'm tertiū de pauptate xpi quam i cruce sustinuit ut nobis diuitias gratie inueniret.

Tertia cōditio xpi patientis est extrema paupertas: quā sustinuit p nostris culpis velendis de qua ipse Matb. 8. c. ait. Vulpes foueas habent: ⁊ volucres celi nidos: filiꝰ autē hois nō habet vbi caput suū reclinet. Fuit nanq; xpus triplici pauptate fatigatus.

Prima pauptas fuit bonoꝝ tēporaliū.
Secunda amicoꝝ familiarium.
Tertia bonorum supnaturaliū.

¶ Prima pauptas fuit bonoꝝ tpaliū. Nullū quippe bonū tpale aderat xpo in cruce angustiato. nō domꝰ: nō tectū: nō pannꝰ: nō aurū: nō argentū: sed nudus ipse pendebat. ¶ Secunda pauptas fuit amicoꝝ familiariū: qa oēs eo relicto fugerūt. Vnde p.pphā cōqueritur dicēs. Considerabā ad dexterā ⁊ videbam: ⁊ nō erat q̄ cognosceret me. Scōm Aler. de ales. nō dicit ad sinistrā. ppter ꝓginē beatā que sola ad sinistrū pſecutionū filiū verū deū ⁊ boiem cognoscebat. Ceteri ꝓo ⁊ si ex generali cōpassiōe xpo cōpaterent: tñ ipsū credebāt purū boiem in tormentis deficientē. ¶ Tertia pauptas fuit bonoꝝ supnaturaliū habebat xpus dona plurima: utputa scientiā sapientiā sanctitatē pulcbritudinē corpis ⁊ anime: ⁊ alia huiusmodi quibus omnibus i cruce: ⁊ si nō fuerit priuatus: priuari tamē visus est: dū reputatus est peccatoꝝ: stultus: seductoꝝ ⁊ omniū malorū ꝑpetratoꝝ. Quare nō imerito: ad se aduocans aiam peccatricem dicere potest. Reuertere ad me aia mea. Ecce. p te preciuz soluo. Expendo p te omnes thesauros meos. Suscipe sanguinē meū. Suscipe penas meas: ⁊ offer illas patri celesti. Dic ei. Parce mi misere peccatrici p vulnera: p doloꝛē: p sanguinē: p mortē ihu xpi. Parce domine q̄a filius tuꝰ. p nobis peccatoribꝰ pati dignatus est. Et statim deꝰ remittet tibi pctā tua. Ergo nō imerito ꝓciositas vocari potest hec flamma amoris vbi xpus preciosum sanguinē suū offert peccatoribus: ut cōsequanē salutem: quā nobis donet ille qui viuit in secula Amen.

¶ Sermo septimus de diuina caritate in quo declaraē q̄ gratiosus sit deꝰ peccatoribus penitētibus: ⁊ ad se redeuntibus: quibꝰ admiranda dona cōcedit.

Venite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiam vos. vbi. s. Vt se tandē penitentiā reddat deus pctōribꝰ penitentibus offert illis munera gratie sue: cū dicit: reficiam vos. Ad q̄d plenius intelligendum in pñti sermōe: de caritate diuina concludemus tractatū exponentes septimā flammā: que vocabatur gratiositas. Ꝓpter cuiꝰ declaratiōe notabimus tria gratiosa dona que deꝰ p sui amore peccatoribꝰ ad se redeuntibus elargitur.

Primū donū dicit restitutionis.
Secundū letificationis.
Tertium glorificationis.

¶ Capl'm primuz qualiter deꝰ restituit peccatoribꝰ p pniam dona prius pdita ⁊ p peccatū mortificata.

Primū donū q̄d deus bñdictus elargit peccatoribus penitētibꝰ dicit restitutionis. Scōm Ric. in. 4. di. 14. ⁊ cōm opinionē theologorum: p pniam restituit homini opa priꝰ perdita: ⁊ p culpaz mortificata: que añ viua fuerūt. Si quis nanq; in caritate exist̄s deū ānis seruierit deo ieiunando ⁊ orādo ⁊ cetera bñ faciendo aduenīēte culpa mortali dona hꝫ oia pdidit.

Sed eo a culpa resurgente reuiuiscunt simul oia supradicta. Sed cōtra obijci potest p dictū Algonis: qui ait. Nemo i spe correctionis peccare vult: quia qō semel amittit ipsū nō recupat amplius. Ḡ si bona opa prius facta sint amissa p culpā: impossibile ē ea restituj: ergo nec viuificari. ¶ Item. Omne qō viuificat est aliquo mō. Sed qō oio pijt. nullo modo est. Et talia sunt opa bona prius facta. Ḡ nec viuificari nec recupari pñt Rñdet Boñ. in. 4. dis. 14. q. opa q̄ prius fuerunt viua: qa ex caritate facta & digna vita eterna: postea adueniente culpa mortificant in isto: quia amplius in hoc q̄ diu est culpa i eo nō est dispositio digna remuneratione. ppter indignitatem ipsius: sed rursus gratia redeunte que istū facit dignū vita eterna. iam opa in hoc sūt digna remuneratione. & ideo restituūt & viuificant. Ideo dicit qdā q̄ opera bona in caritate facta qa bona sunt: & ideo fiunt in laudem dei ut inde deus at laudari deus. qa vero in vnitate mystici corpis. & qa in caritate: ptinent ad corpus mysticū. quia vero ex libera voluntate & iusta: ad radicis premium siue ad facientis meritum. Unde qa iste cadit q̄ facit opa: nihilomin9 remanent in corpe mystico. quia inde alia mēbra gaudebūt: & de9 inde laudabit. Sed tñ nō manēt ad gloriā facientis: & iō moriuntur ista cū iste moritur: ita eo resurgente a culpa: & facto re corpe mystico: sibi opa bona reuiuiscūt. Unicq̄d aūt sit de hoc siue remaneāt in corpe mystico siue nō: verū est q̄ remanent in memoria ei9 qui fecit: & dubiū etiā non est quin maneant i memoria dei: & q̄diu manet culpa manent in cognitione dei cuncta respicientis: & in memoria petōris. Sed ibi non manent ad remunerandū: nec i memoria petōris ad gaudiū: ita magis ad dolendū. Sed cum resurget manent in deo ad remunerandū: & in memoria ipsius petōris ad gaudendū. Ad dictū Algonis dicendū est q̄ intelligit de illo opere bono qō homo potuisset facere uel fecisset illo tpe quo peccauit: qō quidez non recupabit: qa si alio tpe vult facere opus qō omisit: perdit quod vellet facere in illo tempore. ¶ Ad secundum dicendum q̄ illa opa que mortificata fuerunt manēt in memoria eius q̄ fecit & dei primo a quo fecit. hec Boñ.

¶ Capl'm secundū de leticia angelorū & totius celestis curie. ppter penitentiā & conuersionem peccatorum.

Secundū donū dr letificationis facit vtiq; de9 āgelos suos iubilare in conuersione petōrum. Unde Aug. 15. dr. Gaudiū est angelis dei sup vno peccatore penitentiā agēte. Sed circa hoc notandū de gaudio angelor9 sm Boñ. 01. i. secundi li. q̄ ipsi gaudiū i angelo crescere potest intelligi dupliciter. Uel extensiue. Uel intensiue Extensiue dicit crescere quādo quis de pluribus gaudet. Intensiue aūt quādo affectus eius de aliquo copiosius gauderet. Si ergo loquamur de cremēto gaudij sm primū modū. s. q̄tum ad extentionē verū est. & doctores coiter sentiunt q̄ ipsis beatis angelis accrescit gaudiū ex salute peccatorū: quia de pluribus9 gaudent: sm q̄ plures saluant. Si autem loquamur de cremēto gaudij sm modum aliū: scz q̄tum ad intensionē: sic est distinguendum. Nam gaudium duplex est. Quoddam est gaudium in quo consistit premiū substantiale. & illud est gaudium de bono increato: qō angelus habet de deo & in deo. Est itez gaudiū quoddā accidentale: & illud est gaudiū qō angelus habet de bono creato: siue ppio: siue alieno. Ergo aliqui dixerūt q̄ in angelis creatis accrescat vtrunq; gaudiū intēsiue: quia nondū sūt pfecte beati: q̄ nis sint beati pfirmati. De quoz opinione nō videt fuisse magister. Ḡ qa ista opinio non videtur pbabilis. iō fuerunt alij qui dixerūt: q̄ neutrū gaudium crescat in eis intensiue: sed solum extensiue. sic caritas eorū nō est maior

q̄ fuerit ab initio: q̄uis plures nūc diligant q̄ tunc. Sed quia istud non videtur adhuc satis ꝓbabile: q̄ angelis accrescat materia gaudij: quin etiā accrescat ⁊ gaudiū: ideo ē tertius modus dicēdi. q̄ in angelis nullo modo accrescit gaudiuz in quo consistit p̄miū essentiale: quia q̄tū ad illud ꝓfecte beati sunt. Sed gaudiū in quo consistit p̄miū accidentale accrescere pōt: nō solum extensiue: vrū etiā intensiue: ⁊ ratione ꝓpozij boni cōiuncti q̄ ministrāto alijs bona opera: ⁊ ratiōe boni faciūt in quib⁹ p̄miū accidentale merent. Et quia etiā conciues suos ad lxtitudinē p̄ducūt: sup quibus congratulantur. Non solū autē angeli: sed etiā tota trinitas gaudet ⁊ facit festum vt conuersione pcōzis. Et primo gaudet pater. Nam rex terren⁹ multū gaudet: quādo filius sibi concipitur: sicut letatus est Abzabaz vt conceptu Barre. Multū gaudet quando nascitur: sicut Zacharias ⁊ Elisabeth i ortu p̄cursozis. Multum gaudet quando filius ablactatus est. Unde Abrahaz fecit magnū conuiuium in ablactatione filij sui Ysaac. Gen. xxi. Multum gaudet quādo fil⁹ grandis effectus est: ⁊ ad mensam recipitur. Sic pater celestis vt filio spūali cōcepto: nato: ablactato: ⁊ ad mensam recepto multū gaudet. Conceptio nāq; accipitur in contritione: siue boni ꝓpositi inchoatione. Unde Ysa. xxvi. A facie tua domine parturiuimus ⁊ cōcepim⁹ spiritum salutis. Natiuitas attenditur in confessione uel bonozū operuz ostensione. Sed vt multis pōt dici illud Ysa. xxvi. Uenerūt filij vsq; ad partum: ⁊ virtus non est pariendi. Ablactatio attenditur in vite p̄fectione: quando homo int̄ātū ꝓficit q̄ iam nō indiget lacte parunlozum: sed cito solido ꝓfectozum vt quo Heb. v. Perfectozum est solidus cibus. Ad mensam receptio attēditur in celesti refectiōe. iuxta illud Luc. xxii Ego dispono vobis regnū: ut edatis ⁊ bibatis sup̄ mensam meam in regno meo. ¶ Secundo gaudet filius triplici vt causa. ¶ Primo quia videt effectum sue passionis. Quod notatur in parabola vt oue p̄dita ⁊ inuenta. De qua Greg⁹ ait in omel. Una ouis p̄rijt q̄ homo p̄ccando vite pascua vt reliquit. In humero autem posuit: quia p̄cata in co:pore suo ipse portauit. Et Aug⁹ i libzo contra quinq; hæreses. Cum esses inq̄t xp̄us inimicus p̄ris mei recōciliaui te: cū inter montes ⁊ siluas errares, quesiui te: humeris meis portaui te: patri meo reddidi te: laborauī: sudaui: caput meum spinis opposui: man⁹ meas clauis obieci: lancea latus meū aperui totus iniurijs ⁊ asperitatib⁹ laceratus sum. sanguine fudi: ⁊ animā posui: ut te mihi copularē: ⁊ tu te diuidis a me? Nec ille. Tantū autē desideriū vt oue inuenta habuit: q̄ etiā desertū. i. celuz vt reliquit. Nō dicitur desertum idest derelictum ab homine qui fuerat ipsū habiturus: tū quia ad instar deserti in eo sūt dulces cantus auiū idest angelozum. Ibi etiā sunt rose martyrū: viole confessozum: ⁊ lilia virginū. ¶ Secūdo gaudet filius: quia videt in peccatore cōuersio reformationē sue imaginis. Nō notat⁹ in secūda parabola vt dragma pdita ⁊ inuenta: in qua imago regis refulget. Decē enī dragme sūt nouē ordines angelozū: ⁊ decim⁹ boiuz: qui ad dei imaginē sunt creati. Sed decima dragma pdita fuit: q̄ homo p̄ccauit. Sz xp̄s ipsam q̄siuit ⁊ suā imaginem reparauit ¶ Tertio gaudet eo q̄ videt resuscitationē sui fratris. Nō notat⁹ in tertia parabola vt filio pdigo vt quo dicit. Epulari ⁊ gaudere oportebat: qa frater tu⁹ pierat ⁊ inuentus est. ¶ Tertio vt conuersione p̄ccatozis gaudet spūs scūs triplici vt causa. ¶ Primo quia recupat templū suū q̄ vt habitare: vt quo i. Cor. iii. c. Nescitis q̄ templū dei estis vos: ⁊ spūs dei habitat in vob⁹? habitare aūt nō posset: nisi spūs malign⁹ recederet. ii. Cor. vi. Que aūt p̄uētio xp̄i ad belial? q̄s p̄sensus tēplo dei cū idolis?

Secundo gaudet quia recupat mẽbrum suũ qđ vtret viuificare. i. Cor. 6 An nescitis ꝙa membra vestra templũ sunt spũs sci? Videmus aũt ꝙ membꝝ precisũ putridũ uel paraliticũ nõ viuificatur a spũ humano. Eodẽ modo nec pctõr a spũ diuino: tum ꝙa diuisus est a deo. Ysa. 59. c. Iniquitates vestre diuiserũt inter vos 7 deũ vestrũ. Tum ꝙa putrefact⁹ est in pctõ. Joel. i. Computruerũt iumẽta in stercore suo. Tũ ꝙa paraliticat⁹ est ex inordinato motu: nõ enim habet sensũ amoris dei de qua dicit Bap. Tentite de deo in bonitate Tz gaudet ꝙa recuperat vas suũ qđ vtret implere. Oportet autem ꝙ istud vas sit vacuũ ab amore mũdi si vtret impleri amore dei. Tñ Aug⁹ sup Joh̃em. Plus es: sed plenus es. Funde qđ habes: ut recipias qđ nõ habes. Funde amorẽ seculi: ut implearis amore dei. Bz circa hoc queri potest: quõ intelligatur illud ỹbũ. Maius gaudiũ ẽ angelis dei sup vno pctõre pniam agente: ꝙm sup nonaginta nouẽ iustis. Ad qđ dicendũz ꝙ potest intelligi dupliciter. Aut de tepidis iustis: aut de feruentibus. Si primo modo hoc verũ est. Unde Greg⁹ ait. Maior pctõre ꝙm de fratre iusto gaudiũ fit i celo ꝙa 7 dux in prelio plus illũ militẽ diligit qui p⁹ fugã reuersus hostez fortiter p̃mittꝫ illũ qui nũꝫ terga vertit: 7 nũꝫ aliquid fortiter fecit. Sic agricola illã terrã ampli⁹ amat q p⁹ spinas habuit fructũ: ꝙm illã que semp fertilez messem pduxit. De hoc etiã Aug⁹ i li. ꝯ Faustũ sic dicit. Agricole plus placent agri q̃ spinis etiã magnis eradicatis centenũ pferũt: ꝙm que nullas spinas vnꝫ habuerũt: 7 vir ad tricesimũ puenerunt. Si aũt intelligaf de iustis feruentibus Tunc distinguendũ est inter affectum 7 effectũ. Mã ꝑm Boñ. meliori maior affectus. Magis autẽ indigenti maior est tribuend⁹ affectus. Eidem⁹ enim ꝙm si aliqua mater vocẽ filios habeat: si vn⁹ infirmaf 7 postea sanaf: maius gaudiũ ostendit de sanitate istius recupata ꝙm de sanitate in alijs conseruata.

Capm tertiũ de gloria quã acq̃runt pctõres conuersi: 7 de ipsorũ btitudine in regno celorum.

paruulorum contra hereticos affirmā/
tes paruulos non contrahere peccatū
originale ex peccato primorum paren/
tum: In quo loco Auguſtinus probat
per rationes veriſſimas atq; neceſſari/
as: q̄ lege tranſgreſſa a primis paren/
tibus omnes qui ex lumbis eorum tra/
hunt originem per concubitum viri z
mulieris contrahunt tale peccatum.

Inconueniēs sic ꝛeducit. Qua ratiōe vnum indiuiduū speciei humane potest preseruari a pctō originali in ꝯceptiōe ne cōtrahat illud: oia indiuidua possūt preseruari ne in cōceptiōe cōtrahāt tale pctm̄. Probat. quia pctm̄ originale ex eadem causa in oibus contrahit. Ergo si fuit preseruatū aliqō indiuidū ne cōtraxeret tale pctm̄: ꝫ fuit ex possibilitate. Probat: qa illa mota hoc nō potuisset fieri. Et ut dictū est qua ratiōe vnū indiuiduū potuit ꝑseruari: etiā oia indiuidua potuerūt a tali pctō ꝑseruari. Ergo nulla ratio necessaria pōt ꝓbare ꝙ oēs qui cōtraxerūt originem ex primis parentibus cōcepti fuerunt in tali ꝓccato. Probat ista vltima ꝓsequētia Quia si eēt aliqua ratio necessaria: ei⁹ oppositū esset impossibilis: qō tamē nō est: qa qō cōtrit ꝑ eandē causaz oibus indiuiduis eiusdē speciei: si ab vno indiuiduo illud pōt remoueri: pōt remoueri ab omnibus. Cum autē pctm̄ originale competat oibus indiuiduis spēi humane ꝑ Ade pctm̄ qō fuit cā dānationis omniū nostrū: si ab vno indiuiduo potest remoueri tale ꝓccatū ne in ꝯceptione cōtrahat illud: ab oibus pōt etiā remoueri. Et sic tolleret via necessaria ad ꝓbandū ꝙnulos ꝓtrahere tale pctm̄: & sic baptismus nō eēt necessari⁹ in paruulis. Quintū inconueniēs qō sequit nisi illa cōsequētia valeat est: ꝙ si virgo nō fuisset cōcepta in pctō originali: si mortua fuisset ante passionē dñi nostri ihu xpi: ad eternā gloriā iuisset anteꝙ xps a mortuis resurrexisset: qō ē absurdū dicere & inconuenies. Probat. Quando cūq; est aliqō ens in vniuerso ꝓductū ꝓpter aliquē finē: si nullū ē ipēdimētū respectu sui finis: illū attingit finē. Sed sic est ꝙ visio intuitiua dei & fruitio eiusdem est vltimus finis ꝓpter quē aia intellectiua est producta. ergo amoto omni impēdimento aia intellectiua attinget illū finē. Maio: bui⁹ rōnis est nota. Et mino: est Pauli apli. o Videbimus illū facie ad faciē sicuti est

Tūc sic. Si aia virginis fuisset sepata a corpe anteꝙ xps mortuus esset: nullum impēdimētū ei fuisset ꝙ qō posset remoueri a visione intuitiua dei. Probat ꝙa nō pctm̄ originale: neq; aliqō aliud pctm̄ veniale aut mortale. Neq; illud ipēdimētū posset esse violentū: qa ꝫ eēt ꝓtra dei iusticiam ꝙ nullo antecedente defectu aia ꝑginis amota fuisset ab vltimo fine eius. Qō si sic nō est: sequit ꝙ illa aia gloriosissima virginis Marie iuisset ad eternā gloriā & videret dominū facie ad faciē sicuti est. Certū inconueniens qō sequit nisi illa ꝓsequētia valeat est. Fuisset aliq; creatura cōcursu nature ꝑ concubitū viri & mulieris producta: & tamē in pctō originali nō fuisset concepta. Hoc inconueniēs est satis clarū. Et primo ꝙ sit ꝓducta per concubitū viri & mulieris hoc est notū: qa habuit parentes .s. Joachim & Annaz ex quibus generata est. Et nō sit i pctō originali ꝯcepta: hoc affirmat̄ a te. Hoc autē inconueniens est expresse ꝺ Aug̃. i li. de fide ad Petrū. o. Firmissime tene & nullatenus dubites: oēm hominē q̄ ꝑ concubitū viri & mulieris natus est i ꝓccatis conceptū esse. Et sic apparet inconueniens reductum.

Argumēta specialia ostendētia virginē in pctō originali fuisse ꝯceptam.

Postq̄ duo dante rōnibus vniuersalibus ꝓbabiliter inductū est: omnes q̄ ex lumbis Ade ꝑ concubitū viri & mulieris duxerūt originē: nemine creatura humana pura excepta cōtraxisse ꝓccatū originale: nūc in pñti articulo adducende sunt rationes ꝓprie: quibus aduersarij veritatis conant ꝓbare specialiter virginē in ꝓccato originali fuisse conceptā. Primū argumentū est hoc. Subiectuz grē prioritate nature precedit gratiā: quia semp subiectū substantiale precedit accidens fundatū in illo: qa ꝫm Ari. Iba est prio: omni accidente. Sed aia ꝑginis fuit subiectū gratie: que gratia fuit accidens. ergo prioritate nature ꝑcessit

illam gratiã. Tunc accipio animã virginis in illo priori. ⁊ arguit sic. In tali anima est carentia originalis iustitie debite in primis parentibus amisse ex transgressione legis. Ergo i tali aia est peccatũ originale. Consequentia patet a diffinitione ad suũ diffinitũ. Antecedens aũt ꝓsequẽtie patet in illo priori. Non potest dici ꝙ sit gratia equivalẽs originali iustitie: quia tale subiectũ est prius illa. Nec potest dici ꝙ ibi sit originalis iustitia: quia ꝓter xp̃m redemptorem nostrũ post ade peccatũ nemo fuit in originali iustitia ꝯcept⁹. ¶ Secundũ argumentũ est hoc. Virgo Maria indiguit grã dei. iuxta illud Pauli apli dicturz. Omnes indiguim⁹ gratia dei. Isto stãte arguit sic. Aut ergo ꝙ indiguit grã dei anteq̃ esset. Aut postq̃ fuit. Non primũ: quia indigentia i ali quo ꝓsupponit illud. ergo secundum. Sed impossibile est ꝙ sit idem instans indigentie ⁊ gratie: ergo in instanti indigentie nõ habuit gratiã. Tũc quero vtrũ in instanti indigentie erat aliquis defectus in Maria: uel nullus. Si dicatur ꝙ sit aliquis defectus: ille nõ põt esse nisi peccatũ originale. Si dicat ꝙ ibi sit nullus defectus. hoc stare nõ põt: quia vbi nullus est defectus: ibi nulla est indigentia. ¶ Tertiũ argumẽtum. Fundamẽtũ ꝓpõit virginẽ in peccato originali nõ fuisse conceptã est ut veneret filiũ xp̃i mater. Sed tali honore deus non vult venerari matrem xp̃i. ḡ nõ debemus ponere virginem nõ fuisse conceptã in peccato originali. Minor huius rationis ꝓbat. Quia dicit⁹ sup Matth̃. sup illud: Liber generationis iesu xp̃i. inquit nullam scẽp̃ mulierum in genealogia saluatoris assumi: sed eas quas scriptura reprehendit: ut qui ꝓ peccatoribus venerat: de peccatricibus nascẽs omniũ peccata deleret. ¶ Quartum argumentũ. Illud debet poni in Maria: ꝑ quod virgo magis debet xp̃o. Probat. quia dicitur in euãgelio. Cui plus dimittitur plus diligit. Sed ponere ipsam in peccato originali esse conceptam: deinde mundatam: est ponere ipsam magis xp̃o debitricem: q̃ ponere oppositum. Probatur: quia ꝑm hoc virgo cognoscit opus redemptiõis ꝓ qõ opus verbum caro factum ẽ. ergo illud est ponendũ in ea. s. ipsam in peccato originali fuisse cõceptã. ¶ Quintum argumentum. In parentibus virginis fuit libidinosa coniunctio. ergo proles nata ex his fuit in peccato originali concepta. Consequẽtia patz: qa dicit̃ in euangelio. Bona arbor bonos fructus facit: mala aũt malos fructus facere non potest. Et ab Aug̃. affirmat̃ in libro de fide ad Petruz: ꝙ omnis hõ qui ꝑ concubitum viri ⁊ mulieris natus est: in peccatis concept⁹ est. ¶ Sextum argumentũ. Quandocunq̃ sunt duo quorũ vnũ necessario sequitur ad aliud: si detur secundũ in aliquo: in illo est aut saltim fuit primũ. Sed sic est ꝙ peccatũ originale ⁊ rebellio sensuũ sũt huiusmodi. s. ꝙ rebellio sensuum sequit̃ necessario ad peccatũ originale. Ergo posita rebellione sensuũ in aliqua creatura ponitur peccatũ originale: aut saltim fuit i illa. Sillogismus bon⁹. Maior est nota. ⁊ Minor ꝓbatur: qa sensus nunq̃ fuere rebelles rationi in primis parentibus: nisi facta deordinatione in illis: quia ut dicit Aug⁹. li. 14. de ci. dei. c. 15. In occulto mali cẽ ceperũt: ut in apertam inobedientiã labrentur. Non eni ad malum opus pueniretur: nisi precederet mala voluntas. In virgine autẽ q̃ uis ipsa nunq̃ habuit aliquez peccati stimulum ex parte sensuũ: tamen virgo passa est scõm sensus multas passiones. s. famẽ: sitim ⁊ dolorem mortis vnigẽiti filij sui christi: que passiones ꝑm animũ in virgine non erant quia semp in illa fuit recta ratio dominans appetitui omniũ sensuũ eius.

¶ Argumenta sumpta ex priuilegijs xp̃i probãtia virginẽ a macula peccati originalis fuisse deturpatam.

Non sufficiūt argumenta p nos supioribus articulis adducta: imo necessariū esse videf: ut absoluaf tota intētio aduersariorū: ponere quasdā rationes sumptas ex priuilegijs xp̄o cōcessis ad probandū virginē in peccato originali fuisse conceptam.

¶ Prima ratio hec est. Non sunt tantū gloriosissime virginis priuilegia a deo illi data a nobis extollēda: ut minuanf priuilegia atq; dignitas ⁊ gratia saluatoris nostri ihesu xp̄i. Sed q; ipse solus xp̄s p⁹ fide lapsum exiterit sine peccō: p excellentiaz dignitatem atq; gratiā soli attribuitur xp̄o. ergo nō debemus ita extollere virginē ⁊ eius priuilegia ut auferaf dignitas ⁊ excellentia redemptoris nostri. Maioz huius rationis nulli dubia esse debet: qa si ab aliquibus oppositū teneref hereticus appellari posset. Minoz aūt huius rationis probaf per Aug⁹. i li. de baptismo paruulorū dicentē. Restat inquirere: vtruz in filijs hominū aliqs potuerit esse sine peccato. Et dicit. Non est in filijs hominū quisq; sine peccato: excepto vno mediatore. Et i eodē libro circa finē libri secūdi dicitur. Teneam⁹ fidei indeclinabilē confessionē: q; solus xp̄us sine pcō natus est in similitudinē carnis peccati. ¶ Secunda ratio. Post fide delictum solus xp̄s inter homines sine peccato oīmode inuent⁹ est. De mulieribus autem nulla inuenta est aut reperta. ergo non est affirmandū virginez fuisse conceptam sine peccato originali. Consequentia probaf. quia oppositum cōsequentis infert formaliter oppositū antecedētis. Antecedens autē probaf: quia dicit Ecclesiastes. ⁊ Unū de mille viris reperi: de mulieribus nullam inueni. Que verba exponens Aug⁹ dicit. Unū. i. xp̄m de mille viris repperi. Ubi notandū est: q; ibi accipitur numerus millenarius p omni numero: sine pcō de mulieribus nullam inueni. ¶ Tertia ratio. Omnis mūditia creature humane pure merę esse citra munditiā christi probaf: quia in filijs hominū non est inuentus quisq; sine peccato nisi xp̄us. Sed si virgo nō fuisset cōcepta in pcō originali: ⁊ fuisset in cōceptiōe sancta: munditia virginis fuisset equalis in cōceptione cum munditia cōceptiōis xp̄i: quod est absurdū. ergo nō est ponendū virginē sine peccato originali fuisse cōceptam. ¶ Quarta ratio. Fundamentū per quod ponitur virginem in peccato non fuisse conceptam est q; deus potuit preseruare illam a tali peccato: Et sicut potuit ita decuit: ⁊ sicut decuit ita factū est. Sed istud fundamentuz est falsum: quia isto modo posset probari xp̄m non fuisse mortuū pro salute humani generi quia potuit non mori. Et omne quod è possibile deo illi conuenit. ergo decuit: ⁊ sicut decuit ita debebat fieri. Que tamē oia falsa sunt atq; risu digna. ¶ Quinta ratio. Fundamentū per quod ponitur virginem in conceptione fuisse sanctam est quia verbum dei filius debebat venerari virginem: quia ab eterno eius mater electa fuit. Sed hoc fundamentum è falsum: quia verbuz dei filius maiora potuit conferre virgini: que magis honorassent eam: q; hoc q; fuerit sine peccato concepta: ut immortalitatem ⁊ beatitudinem de facto: ⁊ tamen hec illi a deo concessa non fuere: quia non erant cōuenientia. ergo non debet dici q; virgo ex eo q; debebat esse ihesu xp̄i mater fuit preseruata ne in peccato originali esset concepta: quia hoc solum erat xp̄o conueniens.

¶ Auctoritates cōmunes probantes omnes qui ex primis parentibus duxerunt originē in peccato fuisse ceptos.

Non contenti ex dictis argumētis supioribus articulis adductis aduersarij veritatis adducunt quasdā auctoritates cōmunes probantes omnē creaturā humanaz post fide delictū fuisse in pcō originali cōceptā. Nam Ysaias. c. 53. inquit. Omnes nos q̄si oues errauim⁹. vnusq; q; declinauit

in viam suã. ⁊ dñs posuit in eo scz xp̃o iniquitates omniũ nostrũ. Et apostol⁹ Paul⁹ ad Ro.5. Per vnũ hoiem mors intrauit in mundũ: ex quo omnes peccauerunt. Et i eodem loco. Sicut vni⁹ Ade relictũ regnauit in omnes in cõdemnationẽ: sic vni⁹ xp̃i iusticia regnauit in omnes. Et alibi idem apls. Sicut in Adam omnes moriũt: ita ⁊ in xp̃o omnes viuificant. Et sanct⁹ Leo papa inquit. Dñs noster peccati mortisq; destructor: sicut nullũ a reatu libẽ repit: ita liberandis omnib⁹ venit. Et Aug⁹ li.iz. de ciui. dei. c.14. Omnes eni i illo fuimus: quando ille vnus omnes corrupit: qui p feminã lapsus est.

¶ Auctoritas ppie specifice probantes virginem in peccato originali fuisse conceptam.

Vltimo pro complemento hui⁹ affirmatiue partis adducere intendimus aliquas auctoritates specialiter explicantes virginem in peccato originali fuisse conceptam: ut omni ex parte p nos satisfactum sit aduersarijs veritatis. Prima auctoritas est sancti Berñi in epistola ad Lugdunensem. d. Virgo in conceptione minime sanctificari potuit: imo ipsa pctõ fuit obnoxia: vnde ꝑ tute spiritus sci mundata. Et Ansel. li.2. Cur deus hõ inquit. Licz omnis dei conceptio munda sit: ⁊ absq; carnalis delectatiõis peccato. virgo tamẽ ipsa vnde assumpta ẽ in iniquitatibus concepta est: ⁊ in peccatis concepit eam mater eius. De tantis totq; preclarissimis viris hos duos viros auctoritate dignos: qa de alijs parum curamus: inuenimus expresse affirmantes virginem in peccato originali esse cõceptã. ¶ Quibus nõ obstantibus partem negatiuam omnino tenere intendimus: ⁊ hoc verissimis ratiõib⁹ multisq; preclarissimis sanctorũ auctoritatibus ducti auxiliãte nobis gloriosissima ac intemerata dei genitrice

In oppositũ est Augustin⁹ tot⁹ ecclesie lumen ac sidus clarissimũ in libro sermonum suorũ ad heremitas: sermõe. 43. de natiuitate dñi dicens. Propterea mater s. xp̃i electa est: ⁊ sup omnes creaturas preelecta: omnibus gratijs fecundata omnib⁹ uirtutib⁹ ornata: omni sanctitate i vtero matris repleta: ut de mundissima matre mũdissimus nasceretur filius: quia sicut in celo habuit patrem immortalẽ ⁊ eternũ: sic ⁊ in terra habuit matrẽ oi corruptione carentẽ. Sicut in celo qualis est pater: talis est filius: sic ⁊ in terra qualis est mater: talis ꝑm carnem est filius. In celo cum patre eternus ⁊ imensus incorrupt⁹ ⁊ sublimis est: ⁊ in terra cum matre imaculatus ⁊ mansuetus. Et idem Aug⁹ in li. de grã ⁊ li. ar. Cum de peccatis agimus ppter honorem dñi nullam de beata virgine volum⁹ facere questionẽ. Adiungam⁹ bis duab⁹ auctoritatib⁹ auctoritates sci Hiero. in epla ad Paulam ⁊ Eustoc. d. Et si i sanctis patrib⁹ ⁊ pplxetis gra fuisse creditur: tamen non cateꝝ plena In Maria vero totius gratie que in christo est venit plenitudo. Et in eadez epistola inqt. Ceteris sanctis p partes datur gratia: Marie vo se infudit totius gratie plenitudo. Et Ansel. in li. Cur deus homo inqt. Decet virginẽ ea puritate nitere: qua sub celo nulla maior nequit intelligi. Et iõ sancta mater ecclesia canit de Maria. d. Que ẽ ista que progredit quasi aurora ꝓsurgens pulchra ut luna: electa ut sol? His verbis concordat psalm⁹ Dauid. In sole posuit tabnaculũ suũ. Qui sol fuit virgo. Et ipse. s. xp̃s tanq; sponsus procedens de thalamo suo. Et i canticis cãticoꝝ dr̃. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te. Et ideo sancta mater ecclesia dicit. Felix es sacra virgo Maria: ⁊ omni laude dignissima.

Quare autem Maria sit omni laude dignissima. explicaē causa: Quia ex te ortus est sol iusticie xp̄s ds noster.

Ordo seruandus in questione.

In questione ista seruabimus talē ordinem.

¶ p̄ videbimus de originali iusticia p̄mo-rum parentum.

¶ 2° videbimus de lege a dño p̄mis parentibus data.

¶ 3° videbimus de p̄ccato p̄mo-rum parentum & eius causa.

¶ 4° videbimus que mala sunt secuta ex tali p̄ccato.

¶ 5° videbimus de p̄ccato p̄mo-rum parentum: quod transiuit ad omnes posteros & descendentes ex lūbis Ade p̄mi parentis nostri.

¶ 6° videbimus q̄d est p̄ccatū originale contractum in nobis.

¶ 7° videbimus in quo subiecto fuit contractum tale p̄ccatum.

¶ 8° videbimus quot modis soluitur debitum.

¶ 9° videbimus quot sunt modi redemptionis.

¶ 1° videbimus q̄ tam ex parte dei q̄ ex parte virginis fuit possibile q̄ virgo preseruarē a p̄ccato originali.

¶ 11° videbimus q̄ hoc fuit conuenientissimum.

¶ 12° videbim⁹ q̄ virgo fuit in conceptione sancta: & a p̄ccato originali preseruata ex parte christi redemptoris nostri.

¶ 13° hoc idem videbimus fuisse ex parte virginis.

¶ 14° videbimus modū p quē virgo fuit liberata ne incurreret siue p̄traheret tale p̄ccatum.

¶ 15° videbimus cur virgo non fuit liberata a penis p̄ccati si fuit liberata a p̄ccato.

¶ 16° videbimus in quibus differt conceptio christi a conceptione virginis Marie.

¶ Ultimo soluemus argumenta aī oppositū questionis adducta: & sic erit finis questionis.

De originali iusticia p̄mo-rum parentū

Creauit itaq; deus hominē ad imaginē & similitudinē suā oī gratia atq; rectitudine plenū ex vtraq; parte. s. tā in corpore q̄ corpore pfectū. Intellectus boīs creatorē suū recte intelligebat. Voluntas eius sequens rationē rectā deum sup omnia ardēti quodā desiderio affecta amabat. Sensus omnes tam interiores q̄ etiā exteriores ita ordinati erāt q̄ appetit⁹ eorū tātū ad illorū obiecta se extendebant: quātū a ratione recta & electione voluntatis sequēte illam rationē rectā p̄mittebāt. Ex quibus sicut boīe existētibus resultabat originalis iusticia p̄mo-rum parentum. Nam cuncta alia plenā obedientiā boī p̄stabāt. Sensus omnes recte rationi subiecti erant. Voluntas ita bene a deo instituta erat oī rectitudine plena creatorē suū amabat. Intellectus recte deū factorē atq; creatorem suum intelligebat. Nam ut dicit Aurelius Aug⁹. Creauerat deus rationalē creaturā: ut sūmū bonū intelligeret: intelligendo amaret: amando possideret: possidendo frueretur.

¶ De lege a domino p̄mis parentib⁹ data.

Quamuis homo plenus gratia atq; rectitudine a dño creatus esset: tñ omnipotens de⁹ regula infallibilis decreui illi dare legem. Nā cum vnūq̄q; ens finitū: q̄uis in suo genere sine specie pfectū: ex se sine ordine ad p̄mū ens indepēdens atq; infinitū regulari ex sui natura non possit: q̄a tale ens finitū ē ens p̄ticipatiū. & dē tale reducē ad ens p essentiā: cuiusmodi deus est: iō illi a dño data est lex: nō quidē difficilis imo oīū facillima: ut mediante tali lege & eius obseruātia homo regularet: ut posset mereri vitam eternā. Dixit ḡ dñs p̄mis parēntibus: De arbore scie boni & mali ne comederitis. Quacunq; enī hora comederitis: morte moriemini. Nam p̄mis parentib⁹ in

paradiso velitiaꝝ cõstitutis solũmodo fructꝰ arboris vniꝰ a dño vtitꝰ est: nõ q fructus ille tam excellens atq nobilis esset: ita q nobilioꝝ aut eo excellentioꝝ in paradiso velitiarũ inueniri non posset: ꝑ ut homo illa parua lege a dño accepta atq obseruata: vitã eternã mereri posset. Et si in tam pua atq infima re homo plenã obœdientiã creatori suo dare nolet: duplici morerẽ morte ſ.tpali: qua aĩa a corpe sepaꝛ: ⁊ eterna q dãnati continue moriunt̃ ꝓpter amotionẽ infiniti boni: ⁊ ꝓpter afflictiones continue a demonibus atq malis spiritibus illis datas.

De peccato primoꝝ parentum.

Accepta ergo lege a dño: diabolus humani generis inimicus simulans cãm vtili fructꝰ primis parẽtibus dixit. Cur precepit vobis deus ne comedatis ex oi ligno? Qui respõdentes dixerũt. Ne forte moriamur Recordabãt q dñs illis dixerat: quacunq hora comederitis morte moriemini. Quibus diabolꝰ dixit. Nequaq̃ moriemini. Scit. n. deus q quacũq hora comederitis aperiantur oculi vestri: ⁊ eritis sicut dij scientes bonũ ⁊ malũ. Cuiꝰ verbis diaboli: quia mouit ab illis cãz mortis cogitare cepissent: fructũ vtili arboris comederunt. Unde dicit sacra scriptura. Vidit ḡ mulier q esset bonuz ad escẽdũ: pulcraq viro suo: q comedit. Lege ergo illis a dño data ab eis trãsgressa amiserũt gratiã oẽm rectitudinẽ atq originalẽ iusticiã. Tũc ceperũt sentire aliã legẽ in sensibus suis repugnãtem legi mentis eorũ. Unde Ansel. i. li. cur deus homo. inqt. Inobœdiẽtia primorũ parentũ iusticie debite nudtatis fuit causa. Causa aũt peccati huiꝰ fuit voluntas eorũ prava: ⁊ p voluntatem eorũ fuit cõmissũ tale pctũ. Nã voluntas p electionẽ rectã meretꝰ: qa illa electio est cõformis rõni recte. Nã electio recta ſm Arſ. 6. ethicoꝝ sequit̃ rationẽ rectã. Cũ ḡ primi parentes intelligerẽt fructũ vtile arboꝛ a dño vtitũ fuisse: p electionẽ rectã noluerũt eẽ cõformes diuine voluntati: imo voluerũt eẽ disformes: ⁊ potiꝰ credere diabolo q̃ creatori suo. Ait̃ Augꝰ li. 14. de ci. dei. c. 13. inqt: loquẽdo de primis parentibꝰ: In occulto mali esse ceperunt: ut in apertã inobœdientiã laberent̃. Nõ enĩ ad malũ opus pueniret̃ nisi ꝑcederet mala voluntas. Voluntas ergo in primis parẽtibꝰ fuit illa que ꝓmo peccauit: ex quo pea puenerunt ad malũ opus. Ait̃ dicit sanctus Augꝰ in eodẽ. c. Si voluntas supple primoꝝ parentũ in amore superioris ⁊ imutabilis boni: a quo illustrabatur ut videret: ⁊ accẽdebat ut amaret: stabilis pmãsisset: nõ inde ad sibi placendum induceret̃: ut ex hac tenebreſceret atq frigeſceret: ut vel illa. ſ. Eua verũ crederet dixisse serpentẽ: vel ille. ſ. Adã dei mandato vtoris ꝓponeret voluntatem. Ex quibꝰ apparet q pctũ primoꝝ parentũ formaliter fuit carentia iusticie debite in illis amisse. Secũdo apparet q pctũ eorũ nõ fuit rebellio sensuũ erga rationẽ: qa sensus nunq̃ fuissent inordinati nisi primo fuisset inordinata voluntas. Quia sicut primi parentes ſm rationẽ obœdientiã debitam deo prestare noluerunt: imo facti sunt rebelles creatori suo: sic ⁊ sensus facti sũt rebelles rõni: obœdientiaq debitã ei ꝓstare nõ potuerũt. Talis ergo rebellio sensuũ in primis parentibꝰ secuta ẽ immediate post pctũ ab eis cõmissũ. ¶ 3° apparet q pctũ eorũ nõ fuit obligatio ad penã duplicis mortis: qa talis obligatio orta est expctõ tam cõmisso.

¶ De malis secutis ex peccato primoꝝ parentum.

Facti ergo sunt filij ire ex transgressione legis: ⁊ amiserũt dei gratiã ac originalẽ iusticiã: incurrerũtq duplicẽ mortẽ. ſ. tpalẽ: mortemq eternã icurriſſent: nisi fuisset grã ⁊ humanitas redemptoris nri. Ex tali enĩ pctõ oẽs sensus facti sũt rebelles rationi: senserunt̃q aliã legem in sensibus eorũ repugnantẽ legi mẽtis illoꝝ.

Tunc caro cepit cōcupiscere aduersus spiritū: ⁊ spūs aduſus carnez. Eiectiq; ſūt de paradiſo terreſtri. Dictūq; eſt per dñm Ade. In ſudore vultꝰ tui veſcer pane tuo. Et Eue dictū fuit. In dolore paries filios tuos. Nñ ſi nō peccaſſent nullū genus mortis expti eſſent. ſcōm Aug. li. iz. de ci. dei. c. z. qui ait. Fatendum eſt primos quidē hoies ita inſtitutos fuiſſe: ut ſi nō peccaſſent nullū experirentur genus mortis: ſed eoſdē primos peccatores ita fuiſſe mulctatos: ut etiā quicqd eoꝝ ſtirpe eſſet exoriturz: eadem pena teneret obnoxium.

¶ De peccato primoꝝ parentū qō trāſiuit ad omnes poſteros.

Sicut gratia dñi ac originalis iuſticia primis parentibꝰ a deo creatore ſuo dono data fuit nullis eoꝝ meritis antecedentibꝰ ipſiſq; bñ coopantibꝰ in bonuz illa tranſiuiſſet ad omnes poſteros atq; deſcendētes ex lumbis eius: oēſq; filij gratie fuiſſemꝰ ſic ⁊ ipſis peccātibꝰ indignatio dñi cecidit ſup illos: atq; ad oēs poſteros ⁊ deſcendentes ex lumbis eoꝝ ſm legem tranſiuit. Et illud qō fuit actuale pctm in illis p originez in nobis dicit originale. Nā ut dicit Anſel. in. li. Cur deꝰ homo. Inobedientia primoꝝ parentū iuſticie debite nuditatis fuit cauſa: per quā oēs ſumus filij ire. Et aūt peccatū primoꝝ parentū ſm legē cōm trāſiuerit ad oēs poſteros: rōnibꝰ ⁊ auctoritatibꝰ comprobam⁹. Quia qſcūq; aliquid datur aliquibus: ita q; p primos illud velit tranſire ad poſteros: ablato illo a primis duobꝰ auferꝫ illud ab oībus alijs ſequentibꝰ. Juſticia aūt originalis ita data fuerat primis parentibus q; ſi nō peccaſſent: nulla ad omnes poſteros tranſiuiſſet. ergo eadez ab eis ablata. ꝓpter pctm eoꝝ: illa nō potuit tranſire ad omnes poſteros ⁊ deſcēdētes ex lumbis eoꝝ. Amplius Ex lege filij ſeruoꝝ ſerui ſunt. Cum aūt primi parentes fuerūt ſerui. ꝓpter pctm. ergo oēs deſcendentes tali ſeruitute fuerunt affecti. Amplius. Originalis iuſticia ipſis bñ coopantibꝰ tranſiuiſſet ad oēs poſteros ⁊ deſcendētes ab eis: ḡ ipſis male coopantibus in illis fuit amiſſa: atq; in omnibꝰ deſcendētibꝰ ex lumbis eoꝝ. Auctoritatibꝰ hoc idē ꝓfirmam⁹. Nam ſm Paulū apl'm oēs in Adam moriunt. Et alibi. Per vnū hoiem mors intrauit in mundū: ex quo omnes peccauerunt. Et alibi. Sicut vnius Ade pctm regnauit in oēs in cōdēnationez ⁊c. Et alibi. Oēs in Adā peccauerunt Et ſcūs Leo papa. Dñs noſter peccati mortiſq; deſtructor: ſicut nullū a reatu liberū reperit: ita liberandis oibꝰ venit Et Dauid i pſal. Omnes declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt. Et Yſa. Oēs nos ꝗſi oues errauim⁹: vnuſq;q; declinauit in viaz ſuā. Et Aug⁹. Oēs nos in illo fuim⁹: quādo ille vnus. ſ. Adaz oēs corrupit. Et idē Aug⁹. Non eſt in filijs hoiuz quiſq; ſine peccato.

¶ Quid eſt peccatū originale ꝓtractuz in nobis.

Videndū eſt a nobis in pñti articulo: qd ē pctm originale in nobis ꝓtractū. Peccatuz originale in nobis nō eſt aliqs malꝰ actꝰ ſic quidā dixerūt. Nā malus actꝰ i nobis ex mala electione voluntatis ſequitur. In puulis aūt nō pōt eſſe mala electio voluntatis neq; bona: qa ipſi nō poſſūt exercere opatiōes aie intellectiue perfectas. ſ. intellectꝰ ⁊ voluntatis p quas poſſint mereri ⁊ demereri. Amplꝰ. Si pctm originale eēt aliqs malꝰ actꝰ: ſequereſ qꝫ aliqs peccaret actualiē añq; exiret de ventre matris ſue. Probatur. Quia pctm originale ꝓtrahit qñ vnit aia itellectiua corpi ſuo organico phiſico. Hoc aūt qō reducit eſt impoſſibile qa pueri in ventre matris nō vtunt libero arbitrio. Amplius. Si pctm originale eſſet aliqs malus actꝰ: eēt pctm actuale ⁊ nō originale. Dicam⁹ ſecundo: qꝫ pctm originale in nobis nō ē aliqs malꝰ habit⁹ ut affirmarūt nōnulli: qa ex frequētatis actibꝰ generat hitus

6.etbi. Modo ꝛemonstratū est q̄ pctīm originale nō est aliquis mal⁹ act⁹: ḡa talis in pueris cē nō p̄ot. Nz si mali act⁹ nō sūt: mali habit⁹ cē nō pñt. Nam remota cā remouet effect⁹. Dicam⁹ tertio q̄ pctīm originale in nobis nō est rebellio sensuū erga rōnē: ḡa talis rebellio ē sequela pcti: ⁊ nō pctīm. Amplius. Talis repugnantia sensuū ē: ḡa p̄s supior ⁊ rōnalis est ꝛectordinata erga dīm. Dicamus quarto q̄ pctīm originale nō ē formaliter obligatio ad p̄nā dāni: ḡa talis obligatio est ex aliqua cā. Talis aūt cā nō p̄ot esse ipsamet obligatio. ḡ ē ex pctō: ḡa nō ex virtute: nec ex aliena causa imediata. Ex quibus apparet q̄ illa ratio quā facit frācisc⁹ Maronis in.3. sniarū in qōne vtrū btā virgo sit i pctō concepta nihil valet: qñ vult ꝓbare q̄ pctīm originale nō sit carentia originalis iusticie: Quia si ꝛe⁹ creasset Adā in puris naturalibus: habuisset illā carētiā originalis iusticie: ⁊ tamē nō habuisset pctīm. Dico p̄mo q̄ illa nō ē cōpleta diffinitio pcti originalis. Pctīm ē carentia originalis iusticie: sed sūt plā alia: ut videt. Neq; etiā est cōpleta diffinitio pcti actualis siue bitualis. Ade nisi ponant multa alia. Hinc est q̄ non ꝛcludit. Ibi nō est originalis iusticia ⁊ subiectū est aptū natū ad illā: ergo ibi est p̄ccatū. ¶ Secūdo dico q̄ si Adam nō fuisset creatus in originali iusticia: cum illa sit dōnū ⁊ gratia supnālis: tūc nō diceret⁹ habere carētiā illius in subiecto apto nato: ḡa p̄uatio dicit⁹ dupliciter. Aut quando ꝛepdit⁹ forma in subiecto apto nato ad illā: ut ꝓz i ꝛecto Aut quādo in nobis ꝛebet euenire aliquid ⁊ auferē mediū. sicut ꝓz: ḡa si primi parentes nō p̄ccassent: habuissem⁹ originalē iusticiā. Modo si ꝛeus non creasset Adam cum originali iusticia: nullo istoꝝ modoꝝ fuissemus p̄uati. Dicamus q̄nto: q̄ pctīm originale non ē appetit⁹ siue inclinatio: mediāte qua aia ꝛesideret ymiri corpi infecto: ḡa cū talis appetitus sit aie naturalis compr tens ei p se: ab ipa nūq̄ posset amoueri tale pctīm p passionē dñi nisi aia intellectiua ꝛestructa. Dicam⁹ sexto q̄ pctīm originale non est formalit⁹ vnio aie ad corp⁹: ḡa si tale ab hoie amoueri ꝛebēt p passionē dñi: p⁹ oporteret q̄ aia dis⁹ solueret⁹ a corpe: si pctīm formalit⁹ esset vnio aie ad corpus. Amplī⁹ Vnio aie ad corpus est nālis: ⁊ ex ea inq̄tū talis nullū contrabit⁹ pctīm: ḡa añq̄ p̄mi parentes p̄ccassent in cōceptione eoꝝ aie sue fuerunt ꝓiuncte corpibus suis sine aliqua macula ⁊ p̄ccato. ¶ Cōcludēdo ḡ diffinitionē pcti originalis in nob⁹ existentis dicam⁹. Pctīm originale est carentia originalis iusticie ꝛebite i primis parentibus amisse ex transgressione legis in nobis ꝛeriuata ex actuali pctō primoꝝ parentū obligans nos ad duplicem mortē. s. tpalem ⁊ eternam: ⁊ ad ceteras p̄nas q̄ talē carentiā sequunt⁹. Ista diffinitio ꝛeclarat⁹ a nobis p singulas pticulas ei⁹. Primo dicit⁹ pctīm originale. Et in hoc distinguitur a pctō actuali. Est carētia. Nam cū pctīm nō sit ꝛe genere positiuoꝝ: ꝓz q̄ diffiniat⁹ p carentiā: sic cetera p̄uatiua diffiniunt⁹. ¶ Secūdo dr: originalis iusticie. Et in hoc explicat⁹ cui⁹ forme pctīm originale sit p̄uatio. Dicit⁹ tertio loco: ꝛebite: ḡa nisi esset amissio iusticie ꝛebite: nō obligaremur ad duplicē p̄nā. Dicit⁹ q̄rto: i primis parentib⁹ amisse: ad excludēdā iusticiam originalez in angelis malis amissam: ḡa tali iusticia nō p̄uamur sed ea que fuit in primis parentibus amissa. Dicit⁹ q̄nto loco: ex trāsgressione legis in nobis ꝛeriuata: ut explicet⁹ cā quare etiā nos q̄uis nō p̄ccauim⁹ actualiter: tñ ḡa fuimus ex lumbis ei⁹ p trāsgressionē legis ab eis factā amissim⁹ talē iusticiā originalē ꝛebitā. Dr sexto: ex actuali pctō primoꝝ parentū: ḡa ut dicit Aug⁹. Oēs in illo. s. Adam fuimus qñ ille vnus. s. p̄ccatū actuale omnes corꝛupit. Dicit⁹ vltimo: obligās nos ꝛc. ut explicent⁹ ea q̄ sūt finis buⁿ pcti: ⁊ quarū p̄naꝝ sit cā tale p̄ccatū.

Jn q̃ subiecto ꝓtrahit̃ pctm̃ originale
Cuius ex superioꝛib⁹ in ꝓcedẽti
articulo iã dictis satis clare cõ
stare posset: quõ ꝓtrahit̃ ꝓcatũ
originale in nobis: ⁊ in q̃ subiecto fuit
talis macula: tñ ad meliorẽ euidẽtiã di
cendoꝛũ ꝛcꝛcui ꝛclarare ista in ꝓꝓio
atq; ꝛterminato articulo. Cõtrahit̃ q̃
ꝓcatũ originale in nobis isto mõ. Mã
aia ꝓꝓie est illa que est subiectũ ꝑtutis
⁊ vitij: mediantib⁹ potentijs ei⁹. Mã aia
que ꝓcauerit. Pm ecclesiã ipsa moꝛiet.
Nam si ꝑmi parẽtes nr̃i nõ ꝓccassent:
aia vniuscuiusq; nr̃m fuisset creata ple
na grã cũ omni rectitudine atq; origi
nali iusticia: vnitaq; coꝛpi: cũsq; sens⁹
rõni fuissent subiecti: sicut fuit q̃ fuerũt
create aie ꝑmoꝛ parẽtũ: q̃ fuerũt suis
coꝛpoꝛib⁹ vnite. Hãc ꝙ ꝓpter peccatũ
coꝛ qui trãsgressi sũt legẽ: aia nr̃a creat̃
absq; grã: originali iusticia atq; rectitu
dine: vnitaq; coꝛpi illud dominiũ ba
bere nõ põt supꝛ coꝛpe suo: qõ habuisset
si in gratia fuisset creata. Jõ q̃ ꝑmũ aia
est vnita coꝛpoꝛi suo: alia lex est i illa: ⁊
alia in sensib⁹ coꝛpis. Mã caro pugnat
aduersus spm̃: ⁊ spũs pugnat aduersus
carnẽ. ⁊ alia lex est in sensibus diuersa a
lege mentis nostre. Jsto q̃ mõ cõtrahit̃
tale pctm̃ in taliꝫ subiecto: in aiaq; nr̃a
est talis carẽtia: ratiõe cui⁹ aie nos dici
mur ꝓuati. Nam ut dicit Aug⁹ li. 14. de
ci. deꝛ. Jn occulto mali esse ceꝑũt: ut i
aꝑtã mobedientiã laberemr̃. Nõ. n. ad
malũ op⁹ pueniret nisi ꝓcederet mala
voluntas. Per malã q̃ electionẽ volun
tatis ꝓmoꝛ fuit amissa illa rectitudo q̃
erat in voluntate coꝛ: rõne cui⁹ tenebãt
ꝓformari volũtati dine. Volũtas q̃ fuit
illa q̃ fuit ꝓuata ⁊ inordinatata ꝑ malã
electionẽ rõne cui⁹ cũs sensus coꝛ ꝛeoꝛ
dinati fuere. Jn nobis ꝙ non fuit aliq̃
mala electio volũtatis: qa nõ ꝓccauim⁹
actu alio: ꝙ i illo tũq; i radice fuit cõ illõ
qõ secutũ e er mala electiõe volũtat̃ ꝓ
moꝛ ꝑntũ. Quia sic volũtas coꝛ curua
⁊ ꝓtaua ex trãsgressiõe facta e: sic nos ꝑ
pctm̃ coꝛũ creamur cũ volũtate nõ recta
⁊ sine gratia. Et sicut i illis amissa recti
tudine volũtatis sue amiserũt cũm recti
tudine sensuũ: sic ⁊ aia nr̃a creata absq;
gratia ⁊ originali iusticia cum vnit̃ coꝛ
poꝛi suo organico: cũs sensus fiunt re
belles rationi: tenemurq; ad ꝛbitũ du
plicis moꝛtis: cũsq; passiões quas ba
buerũt ꝑmi parentes. ⁊ nos q̃ ex illis
coꝛ fuim⁹ habem⁹. Ex qb⁹ sic ꝛterminat̃
apparet eroꝛ illoꝛ qui dixerũt ꝓcubitũ
inordinatũ viri cũ muliere esse causam
ꝓtractiõis talis pcti. qa ꝑ talẽ cõcubitũ
vniunt̃ spmata ex infecta carne ꝓgredi
entia: ex eisq; seminib⁹ sic vnitis generat̃
coꝛpus infectũ: aieq; vnitum aia ab eo
coꝛpoꝛe inficit̃. Sed salua pace coꝛ hoc
nõ videt̃ esse ꝛtũ: qa si aia nostra crea
ret̃ plena gratia ⁊ originali iusticia quẽ
admodũ fuerũt aie ꝑmoꝛ parẽtũ create
cũs mũdi ꝓcubitus nõ essent causa talis
ꝛturpatiõis aie. quia cũ aia nostra in
tellectiua nõ sit educta ex potentia ma
terie: sed a deo imediate creata spũalis:
nõ potest infici a carne infecta: quia illa
nõ est susceptibilis qualitatũ coꝛpaliũ.
Amplius. Jn illo subiecto contrahitur
ꝓcatũ in nobis: in q̃ fuit cõtractũ ꝓca
catũ ꝑmoꝛ parẽtũ ex trãsgressiõe actua
li ab eis facta. Sz tale pctm̃ in ꝑmis pa
rentib⁹ fuit in volũtate coꝛũ ꝓtractũ: q̃
potẽtia fundat̃ in animab⁹ ipsoꝛ. Ergo
⁊ in nobis tale ꝓcatũ fuit cõtractũ in
voluntate ⁊ aia nostra. Amplius. Aia
ꝑmoꝛ parentũ fuit illa que ꝑ ꝓcatũ
fuit ꝑuata originali iusticia. Originā
lis autẽ iusticia est bonũ aie ⁊ non coꝛ
poꝛis: quia ex tãte illa in aia nostra cũs
sensus oꝛdinant rationi. Cum autẽ ca
rentia talis originalis iusticie sit in aia:
in illa ꝓius contrahitur tale ꝓcatum
q̃ ꝙ sensus fiant rationi rebelles. Caro
ergo infecta nõ est illa que ꝑiuet aiam
tali originali iusticia: sed est immediate
deus: qui immediate creat illam aiam
Et quia id quod anime competit seoꝛsũ
⁊ ꝑ se absq; coꝛpoꝛe: nõ dicimus illi cõ
ꝑtere ideo vnita coꝛpoꝛi dicimus tale
suppositũ contraxisse ꝓcatũ originale.

Nam quēadmoduꝫ dicit Arꝫ.p.de aīa. Si quis dixerit animaꝫ intelligere: est sic̄ si quis dixerit eam texere ⁊ filare. Et tamē intellectiua ē illa p quā homo intelligit ⁊ sapit. o. Arꝫ.i.3.de aīa. De pte aūt aīe qua intellect⁹ cognoscit ⁊ sapit. Tamē quia opationes sunt suppositorū.i.metaph.nō dicimus aiam intelligere: sed hoiem intelligere. Sic ⁊ in aīa intellectiua: q̄uis in illa sit pprie carētia originalis iusticie debite: tamē non dicimus animā ptraxisse tale peccatuꝫ: sed hoiem. Medīū aūt p quod cōtrahit tale peccatū est cōcubitus viri ⁊ mulieris. Est tamē remotū mediū esse causa sine qua non. Medīū aūt ppinquū est ex vnione aīe intellectiue cuꝫ corpe suo organico. Secūdo apparet error illoꝝ qui dixerūt q̄ peccm originale ptrahit i aīa ex inclinatione eius ad corpus infectū: ⁊ cum delectat cū corpe. Ꝺz salua pace eorū hoc nō est verū: quia talis appetitus aut inclinatio aīe ad corpus infectū: aut precedit cognitionē intellectus: ⁊ electionē voluntatis. aut subsequit. Non primū: q̄a cum talis appetit⁹ sit aīe naturalꝫ: neq; ab aīa possit remoueri p aliquā potentiā: cuꝫ ille sit anime naturalis ⁊ propri⁹ sequeret q̄ peccatū originale nunq̄ posset removeri ab aīa. Neq; est dicendū secundū: q̄a illud est peccatū actuale ⁊ non originale.

¶ Quot modis soluit debitū ex aliqua causa contractum.

His visis atq; determinatis: ad maiorē euidentiā dicendorum decreui in isto articulo notare quot modis dimittit debituꝫ ex aliqua causa ptractū. Prim⁹ ergo modus quo dimittit debitū est p cause cessationem. Ut qñ filij remanent post mortē suorū parentū absq; bonis paternis nō tenēt ad debita patris: quia cessauit ille qui fuit causa talis debiti: ⁊ in bonis ei⁹ nō remansit quicq̄. Isto mō nō fuit solutū debitū contractū in primis parētibus ipsis morientibus: ⁊ etiā nostrū i morte nostra: q̄a q̄uis mortui sumus: ⁊ etiam nos cōtinue morimur: tamē lex dīi nō solū adimplet ex morte tali: sed debet adimpleri etiā quo ad mortē sempiternā: nam quia anime eorū p⁹ mortē adhuc remāserūt. At dices: Quō aīa humana tenet ad mortē sempiternā: cū ipsa sit imortalis: neq; vnq̄ moriat? Dicimus quēadmodum dicit Aug⁹ li.i3.de ciui.dei.c.2. Quis aīa humana vraciter imortalis phibeat: habet tū quandam etiā ipsa mortē suā. Et paulo post declarando que sit ista mors aie dicit. Mors igit anime fit: cum deserit eā d⁹ sicut corpus cū deserit ab anima: supple mors eius fit. Ad ppositū redeūtes dicimus q̄ debitū nostrū nō fuit solutuꝫ p mortē pmoꝝ parentū: q̄a causa talis debiti est carētia originalis iusticie debite: que carentia in cōceptione nostra contrahit ppter defectū primorū parētum: quia ut dicit Aug⁹. Omnes illo fuimus: quādo ille vn⁹ ſ. Adā omnes corrupit. Secūdo mō dimittit debitū p debiti satisfactionē. Isto mō non fuit solutū debitū pmoꝝ parentū ⁊ nostrū quia culpa eorū in nobis cōtracta obiectiue fuit infinita circa obiectū infinitum: q̄a deo displicuerūt primi parētes ⁊ nos cum illis. Modo p nullū finitū potest auferri culpa obiectiue infinita. Amplius. Scōm Paulū nō sunt cōdigne passiones huius seculi ad futuraꝫ gloriā: nisi mediāte gratia dīi: q̄ ablata nulla opatio humana talis actanta esse potest: q̄ illa possit esse sufficiens nō dico solum ad satisfaciendū ppter debitum contractū: sed etiā si nullum fuisset cōtractū debitū: ipsa adhuc nō eēt sufficiens ad futurā gloriā: neq; de cōdigno ut patet: neq; etiā de congruo nisi eēt gra dīi nostri ihu xpi. Tertio mō potest dimitti debitū p debiti donationē factā ab aliquo p nobis satisfaciente. Isto modo fuit donatū debitū ptractū ex peccato primorū parentū nobis per ihm xpm redemptorē nostruꝫ: qui in ligno crucis pfēdit: atq; p nobis satisfecit: mortēq; nostrā moriendo destruxit

Unde ꝟm Ysaiam p̄oplxtā: vere languores nostros ipse tulit.

Quot sunt modi redemptionis.

Hunc conueniēs est ut videam⁹ in p̄senti articulo quot fūt modi redemptionis. ¶ Primus ḡ modus redēptionis est: qñ qs redimit postꝙ lapsus est i pctō mortali actuali. Isto modo fuerunt redempti p̄mi parētes nostri p passionē dñi nr̄i ihu christi. ¶ Secundus mod⁹ redemptionis est: qñ quis redimit postꝙ lapsus ē in pctō veniali. Isto modo redimūt viri pfecti qui p gratiā dei subleuant post venialē omissionē. ¶ Tertius mod⁹ redēptionis est: quādo quis redimit: ⁊ in gratia confirmat ne amplius in pctō mortali labat. Isto mō redempti fuerūt apli in gratia confirmati p⁹ aduentū spūs sci. Et iō ampli⁹ nūꝙ mortaliter peccauerunt. ¶ Quart⁹ mod⁹ redemptionis ē: qñ quis redimit mediante baptismo in virtute passionis dñi. Isto modo redimunt paruuli q̄ baptizant ⁊ alij q̄ efficiuntur christiani. ¶ Quintus modus redemptionis est: qñ qs redimit in virtute passionis dñi: ⁊ i vtero matris sanctificatur postꝙ in originali pctō ceciderit. Isto modo fuerūt redempti Hieremias ⁊ Johes baptista: qui fuerūt sanctificati in vtero matris postꝙ ceciderunt peccato originali. ¶ Sextus modus redēptionis pfectissimus ē: quādo aliqua creatura futura que ex sui natura est in potentia contrahendi originale peccatū ⁊ dñs de⁹ ex sua infinita misericordia in virtute passionis ihu xp̄i illam p̄seruat ne incurrat tale peccatū originale creando aiam intellectiuā eius plenā gratia ⁊ infundendo illaz aiam corpori organico phisico in vtero matris formato. Isto modo fuit redēpta gloriosissima virgo Maria ihu xp̄i mater. Cñ scōm sapientiā Salomōis in .c. illo quod sic incipit. Mulierē fortē quis inueniet. s. p̄v. vlt̄. dicit. Multe filie congregauerūt diuitias: tu. s. Maria supgressa es vniuersas. Et ideo Hiero. de Maria dixit. Totius gre que in xp̄o ē in Maria venit plenitudo. Et Aug⁹ dixit. Omnib⁹ gratijs fecundata: oi sanctitate in vtero matris repleta. Hoc aūt quod dicimus in sequentib⁹ melius apparebit.

¶ Ex fuit possibile tā ex parte dei q̄ ex parte virginis q̄ virgo preseruaretur a peccato originali.

Tempus nunc expostulat postꝙ determinauimus breui sermōe ea que sunt antecedētia ad materiam istam: ut videamus ea que sunt ad ꝓpositū determinānda. Et p̄mo videre decreuimus in isto articulo. Utrū fuerit possibile deo stante pctō primoꝝ parentū p̄seruare virginē ne incurreret peccatū originale. Et ad ostendendam hanc possibilitatē adducemus multas rōnes efficacissimas. ¶ Prima ergo rō talis est. Illud est possibile deo respectu creature: qđ nō implicat cōtradictionē necꝫ ex pte dei: necꝫ ex pte creatē. Ista patet. qa ꝟm theologos deus pōt facere quicq̄d nō implicat cōtradictionē. Sz q̄ virgo in conceptiōe ꝓducerēt sca nō implicat ꝯdictionē: necꝫ ex pte dei necꝫ ex pte virginis. ḡ hoc fuit possibile deo ꝓducere virginē in cōceptiōe scām. Minor ꝓbat. Quia p⁹ Ade peccatū nō fuit factū i ꝯceptiōe xp̄i. ḡ etiā poterat fieri i virgine. Ampli⁹. Si Ade potūs haberet remouere hanc possibilitatē: sequeret q̄ posset oipotentē deū pturbare maxime de futuro. Etsi dicat: q̄ aliud est loqui de xp̄o q̄ nō fuit ꝯceptus aut ꝓduct⁹ ex ꝯiunctione seminū: ⁊ aliud est loqui de virgine: cui⁹ corp⁹ ex ꝯiunctiōe seminū viri ⁊ mulier formatū fuit. Ista rōsio nihil valet. qa dicit Job. antues incarnationez verbi in vtero Marie. Quis pōt facere mundū. s. individuū de immundo ꝯceptū semine? Nōne tu q̄ sol⁹ es? s. de⁹. Ad oñendū q̄ si q̄ creatura p cōiunctionē seminū imundoꝝ ꝯciperet in matrice mulieris: adhuc ēet possibile deo ꝓducē aiam intellectiuā et⁹ plenā gra ⁊ infundē illā corpi organico mūdato p potentiā dei anteq̄ introduceret aia

intellectiua i illo. Et isto modo creatura illa esset in ꝓceptione mūda. Confirmaf. Quia pctū Ade nō potuit diuinū pturbare ꝓsiliū ꝑm Aug̃. q̃si qō ꝛ̄ statuerat illū mutare cōpulerit. Tz̄ rō Dis aptitudo q̃ inest alicui nāe imediate pōt educi ꝛ̄ potētia ad actū p potētiā rei: ꝓbaf. Quia ꝛ̄ ẽ oipotens: ⁊ qc̄q̃d pōt in gnē cause efficiētis ⁊ final' facere mediāte cā secūda: pōt facē sine illa Sed aīa itellectiua que imediate pduc̄itur a ꝛ̄o habet aptitudinē ad gratiā suscipiendā. g̃ imediate pōt educi ꝛ̄ potentia ad actū p potentiā rei. Nō si sic ē in alīq̄ instāti ꝑm possibilitatē nō pōit esse sub oppōsito gratie. Cōfirmaf. Sic ꝛ̄us creauit aīam intellectiuā ꝑmi parentis: nullis añcedentib⁹ meritis plenā grā ⁊ originali iusticia: sic nō obstante pctō ꝓmoꝝ pentū potuit creare aīam ꝑginis quā cognoscebat futurā ei⁹ matrē in gratia ¶ Tertia rō. Possibile est alicui creature ꝑseruare aliquē ne i seruitute cadat: stante seruitute suoꝝ parentū: g̃ multo magis ē possibile ꝛ̄o ꝑseruare virginē ne in pctō originali cadat: stante pctō ꝓmoꝝ parentū. Cōsequētia pz. Quia creatura est ens p participationē: ꝛ̄⁹ ꝙ ẽ ens p essentiam: ⁊ q̃cq̃d agit creatura agit in ꝓtute ꝛ̄i: qui est ꝓma cā infinita. Añcedēs ꝓbatur Quia ꝑm legē filij seruoꝝ sunt serui: ⁊ tñ est in facultate dñi facē liberū ꝑmus filiū: q̃ ex seruis ꝛ̄et nasci añ ꝙ incurrat seruitutē. Exēpli grā. Si aliq̄s dñs duoꝝ seruoꝝ ita ordinaret. Volo q̄ ꝓmꝰ filiꝰ q̃ ex talib⁹ seruis ꝛ̄et nasci sit liber: tunc ille q̃ nasceret liber ēt: ⁊ tñ nullā incurrisset seruitutē ante libertatē suā: eo q̄ fuit ꝑseruat⁹ ex mera ⁊ libera voluntate dñi sui: nō obstante seruitute parentū suoꝝ ¶ Quarta ratio Legislator instituens legem ex mera ⁊ libera volūtate sua nulla necessitate coactus: pōt excipe quem vult a tali lege. Sed ꝛ̄us dedit legē ꝑmis parentibus ex libera voluntate eius. Ergo pōt excipere quā creaturā vult a tali lege. Nō si sic est: potuit ꝓseruare virginē ne i tali pctō caderet nō obstante transgressione legis facta p ꝓmos parentes. Cōfirmatur. Quia sicut ꝛ̄⁹ dedit legē: ita pōt illā suspēdere: respectu cui⁹ ipse vult: q̃a cū ipse sit oipotēs ⁊ liber: ita pōt suspēdē actionē cuiuscūq̄. Ex his oibus satis clare constat: ꝛ̄o oipotenti fuisse possibile ꝑseruare virginē Mariā ne i pctō originali caderet: non obstante peccato ꝓmoꝝ parentū.

¶ Nō non solum fuit possibile: ꝛ̄ū etiā fuit conueniens q̄ virgo ꝓseruaret a peccato originali.

NOn solum sufficit nobis ꝛ̄mōstrasse: fuisse possibile ꝛ̄o ꝑseruare virginez ne in pctō originali caderet: q̃n etiā nobis necessarium esse videf ꝛ̄emonstrare ꝛ̄oe fuisse conueniens. In pīti aūt articulo intēdo ꝓmare octo excellentissimas ratiōes ad ostendū talē cōuenientiā: q̃b⁹ iudicio nr̄o nulla pōt afferri ꝓueniens resp̄sio. ¶ Prima ratio sumit ex pte xp̄i: cui ab eterno datū est redimere genus humanū: qō pire ꝛ̄tebat ex pctō. Redemptio nāe humane ab eterno data ē vnigenito filio ꝛ̄i. g̃ ꝓuenientissimū fuit si debebat fieri caro in vtero virginis Marie: dare illi matrem oio a pctis mundā ut ꝛ̄ mundissima matre mūdissim⁹ nasceret filiꝰ. Añcedens ꝓbaf. Quia ab eēno ꝑsciebat a ꝛ̄o Ada peccaturz. Et sic ꝑsciebat ipsū peccaturū: ita ꝛ̄ecretū ē in mēte dīna ab eēno dare modū mediāte ꝓlo suo qō ꝛ̄tebat fieri caro: ut mediante passiōe ei⁹ gen⁹ hūanū qō ꝛ̄tebat pire posset etiā redimi. Qr āt ꝫ sit ꝛ̄x aucte Aurelij Aug̃. li. izz. de ci. ꝛ̄i c. zzz. cōꝛobam⁹. Nec. n. fuit ꝓba sua. Nec ignorabat ꝛ̄⁹ loiez peccatuz. Et i eccle. c. paucis int̄posit ꝓbis inqt. Prꝛeuidebat etiā ꝛ̄⁹ gra sua ꝑplm ꝓtoꝝ in adoptiōez vocādū remissisq̄ pctis iustificatū: spūi scō sciscq̄ angel' i cēna pace sociādū. Cōsequētia ꝓbaf ꝑ Aug̃. i li. sermonū suoꝝ ꝑmō. 43. de nat̄. dñi. d.

Sicut in celo habuit patrē imortalē ⁊ eternū: sic ⁊ i terra habuit matrē omni corruptione carentē. Igit in celo ꝗs ē pater talis est filꝰ: sicut ⁊ in tra qualis est mater talis ꝑm carnē est filius. Ista auctoritas est tante virtutis ꝙ nō solū ꝓbat cōuenientiā: ꝝ etiā ꝓbat ipsam ꝛe facto in pctō originali nō fuisse cōceptam: ut videbit melius in sequētibus. Confirmatur ꝛec ratio. Quia si hoc nō fuisset cōueniēs: aut ergo hoc fuisset ex pte xpi: aut ex pte virginis Marie. Nō est dicendū primū: quia cum xps sit dei filius: non solū hoc illi cōuenit: imo maiora illi conueniūt. Si vero dicat secundum. s. non fuisse cōueniens ex pte virginis. Aut ergo hoc nō esset cōueniens virgini inq̄tum virgo absolute nō cōparando ipsam ad xpm: aut cōparādo virginē ad xpm. Si primū. hoc nihil est quia saltē ꝓpter secundū hoc erat cōueniētissimū. Probat. quia dicit ab ecclesia. Felix es sacra ỹgo Maria: ⁊ omni laude dignissima. Et reddit cām ecclia quare virgo ē omni laude dignissima: non ꝙ absolute: ꝗa nunq̄ vlli creature pure sancte talia verba attributa sunt. Sed hoc Marie dictū est: quia fuit mr xpi: ⁊ ideo intulit ecclesia. Quia ex te ortus est sol iustīcie xpus deus noster.

¶ Secunda ratio sumit ex parte excellentie xpi. Illud quod denotat excellētiam in xpo nō repugnās sibi respectu sue redemptionis est ponendū cōueniētissimū in illo. Sz ponere virginē eius matrē fuisse ꝑseruatā ne pctō incurreret i ꝫtute passiōis. denotat excellentiā in eo respectu sue originis: nec repugnat redemptioni eius: ꝗa talis preseruatio ē redemptio nobilissima. Ergo b̄ debet poni in natura eē ꝓuenientissimū respectu xpi ⁊ matris eius. ¶ Tertia rō sumit ex pte pfectissime redemptionis. Sextus modus redemptionis i nono articulo a nob assignatus est possibilis ꝓueniēs ⁊ pfectissimus inter oēs alios qui modus est: ꝙ aliqua creatura preseruata sit in virtute passionis dñi ne incurrat peccatū: qō incurrisset si ex se fuisset ꝓmissa incurrere. Cum ergo iste modus sit possibilis conueniēs ⁊ pfect? inter omnes respectu alicuius creature quero vtrū aliqua creatura tali modo fuit redēpta: nō. Cōtra. Aut ergo fuit debitus iste ex parte xpi: quia talis creatura tali modo pfectissimo redimere noluit. Aut si potuit talis creatura nō meruit. Non est dicendū ꝓmus quia fuit demonstratū in precedēti articulo fuisse possibile deo ꝑseruare virginem. Si dicat secundū. Aut ergo ꝗa talis creatura non meruit de condigno Aut quia nō meruit de congruo. Nō ē dicendū primū: ꝗa xps nō fuisset perfectissimus redemptor: ꝗa ꝗuis de condigno multa nō dentur creaturꝫ: tamē ad ostendendā pfectionez dei deus dat multa creaturis: que de condigno nō darent illis. Si dicat ꝙ creatura de congruo nō meruit talē modū redemptionis. Contra. Creatura maiorē meruit de congruo. ergo potuit etiā mereri hūc modū redemptionis. ꝓsequētia patet. ⁊ antecedēs ꝓbat. Quia virgo Maria de cōgruo meruit eē mater dei: que perfectio maior est ꝙ ꝙ fuerit redempta sexto modo redemptionis. Dicendum est ꝙ vltimum membrū: ꝙ aliqua creatura de congruo fuit redempta sexto ⁊ pfectissimo modo redemptiōis. Talis autez creatura fuit gloriosissima virgo Maria. ¶ Quarta ratio sumit ex parte pfectissime reconciliationis. Perfectissim? reconciliator cui datū ē redimere naturam humanā que perierat ex pcō debet eaz reconciliare deo ꝑm pfectissimū reconciliatiōis modū: si nō ꝑm oīa individua: saltem ꝑm vnū. Ista pz: ꝗa aliter nō esset pfectissim? reconciliator Sed sic est ꝙ xps fuit pfectissim? reconciliator. Ergo debuit reconciliare creaturam humanā deo ꝑm pfectissimū reconciliationis modū: saltem ꝑm vnuz individuū: si nō ꝑm omne. Maior declarat: quia dato oppositō. Aut b̄ esset ex defectu potentie: ⁊ hoc non. ut fuit in

precedenti articulo demonstratū. Aut aduersus sapientie leges: & hoc non: qa prudentia est prouidētia de futuris ex memoria preteritoꝝ. Cū aūt i verbo dei fuerit maxima prudentia: anteq̄ virgo Maria conciperet potuit ex tali prouidentia ꝓseruare ipsaꝫ ne peccatū originale in cōceptione cōtraheret. Neq; h̄ fuit contra moris leges: quia dicit ab ecclesia. Honora patrē tuū & matrē tuā quia qui maledixerit patri aut matri: morte moriat. Scōm g̃ hanc legē fuit ꝓueniens q verbū diuinuꝫ qō verebat fieri caro in vtero virginis Marie illā preseruaret ac venerarer q̄ veneratione ipsū verbum diuinū etiā venerabatur. ¶ Quinta rō. Qa ādo cunq; aliqs alci inimicat: pro reconciliatione inter eos fienda nō cōuenit assumere tertiū nisi sit ille vtroq; amicus. Sed sic est q ꝟgo Maria fuit electa a deo: ut ea mediante verbum fieret caro, p recōciliāda natura humana: q̄ p pctm̄ deo fuerat facta inimica. ergo ꝟgo Maria nō fuit electa in conceptione inimica: sed amica. Qō si sic est: virgo i peccato originali non fuit concepta. Confirmat. Quia nō assumit aliqs p medio inter aliquos: in quo sit illud p quod facta est inimicitia inter illos: quia illud nō est conueniens mediū. Sed sic est q virgo Maria fuit electa p medio inter deuꝫ & creaturā humanā: ut tale verbū in eo fieret caro. Ergo Maria nō habuit illud p quod facta est inimicitia inē deuꝫ & hoiem. Cum aūt peccatum originale fuerit causa talis inimicitie: sequitur q cum virgo Maria illud nunq̄ ꝓtraxit ꝓueniēter fuit electa: aliter non fuisset cōuenientia electionis. ¶ Sexta ratio Opus redemptiōis fuit maius q̄ opꝰ creationis. ergo cōueniēs fuit & est maiora fieri & equalia in ope redemptiōis sicut in ope creatiōis. Sed in ope creationis natura humana fuit creata mūda: & in gratia antecedentibus meritis ergo multo magis per passionē dñi nr̄i ihu xp̄i in eius virtute fuit conueniens preseruare totā naturā humanā in aliqua creatura pure būana: ne talis peccatum originale contraheret in conceptione. Tal aūt creatura fuit ꝟgo Maria: quia ipsa q̄tum ad redemptionem passiuam fuit pfectissime redempta. Or autē opus redemptionis sit maius ope creationis, pbat. qa p opus redemptionis verbū caro factū est: deus homo factus est: Maria mater dei facta est sup omnes creaturas tā corpales q̄ spūales exaltata. Exaltata eni est sancta dei genitrix sup choros angeloꝝ ad celestia regna ꝟm eccliam. In ope aūt creationis tanta ac talia facta nō fuerūt eēlia aut maiora bis: imo multi pboꝝ ponūt opus creationis esse naturale nō solus in deo verū etiā i creatura. ¶ Septima ratio. Sicut nullis antecedentib⁹ meritis fuit conueniēs deo creare Adam & Euam in conceptione sanctos. ergo multo magis per merita passionis dñi nostri ihu xp̄i fuit ꝓueniens q ihu xp̄i mater preseruaret ne in conceptione cōtraheret pctm̄ originale. Prouo ꝓsequēter. Quia peccatū Ade non habet removere hanc cōueniētiā in ihu xp̄i matre: quia ꝟm Aug̃. Maria ihu xp̄i mr̄ electa est a deo & sup oēs creaturas preelecta: omnibus gratijs fecundata: oi sciitate i vtero matris repleta. ¶ Octaua ratio. Conueniens est xp̄i originez esse tante pfectionis atq; dignitatis sicē fuit origo Ade. Sed si virgo fuisset in peccato ꝓcepta: origo xp̄i q̄tuꝫ ad hoc seculuꝫ fuisset minoris pfectionis & dignitatis q̄ origo Ade. ergo nō est conueniens ponere virginē i pctō originali fuisse conceptā. Maioꝝ hui⁹ rōnis ꝓꝫ. Minoꝝ aūt. pbat. Quia si virgo in peccato originali fuisset cōcepta q̄tūcūq; mundata: xp̄s fuisset de terra: que aliqñ fuisset aliquib⁹ maculis aspersa. Adā vero nō sic qui de terra nō fuit vnq̄ aliquibus maculis deturpata: & i hoc origo xp̄i fuisset deterioꝝ origine ipsi⁹. Ade mundissime. Cū aūt hoc esse nō possit de facto: sequit nō fuisse conueniēs ꝟginē

in peccato originali fuisse conceptam.

Quo ꝓgo in ꝓceptione fuit sancta atq; sine pctō originali concepta: ꝓ rationes sumptas ex parte xp̄i.

Postq̄ remonstratuꝫ fuit a nobis fuisse conueniens q̄ virgo i pctō originali nō esset ꝓcepta: nunc in presenti articulo cōuenietia iā remōstrata intendo remōstrare hoc ita fuisse. ⁊ hoc per rōnes sumptas ex parte christi redemptoris nostri. ¶ Prima ratio. Si christus redemptor noster in in originali iusticia fuit cōceptus: ergo virgo Maria ex qua natus est in pctō originali nō fuit cōcepta. Antecedens notū: ⁊ cōsequentia. ꝓbat. Quia originalis iusticia alicui⁹ nō patit ipsū fuisse de terra q̄ aliquando aliquib⁹ maculis fuerit deturpata ⁊ ꝓsertim originalis iusticia ipsius xp̄i. Confirmat. Nō minoris ꝓfectōis fuit originalis iusticia ipsius xp̄i q̄tū ad substātiā ⁊ circūstātias: q̄ illa originalis iusticia que fuit in Adā ⁊ in Eua. Ista est de se manifesta. Sed iusticia originalis que fuit in Adam ⁊ in Eua q̄tū ad substātiā fuit ꝓfecta: ⁊ q̄tū ad circūstantias: quia cū illa fuit conceptio Ade ⁊ Eue sine aliq̄ macula q̄tum ad originē aiarū suaruꝫ que fuerunt sine aliqua macula create ⁊ q̄tum ad originē corꝓꝫ suoꝝ: q̄ fuerunt creata ⁊ assumpta de terra mūda: nullis vnq̄ maculis deturpata sic̄ fuit corpus Ade ⁊ corpus Eue: qō fuit assumptū de latere Ade qō fuit munduꝫ nullis vnq̄ maculis deturpatū: ḡ multomagis fuit ꝓfecta originalis iusticia xp̄i tā ad subam q̄ ad circūstantias aie ei⁹ q̄ fuit vnita ꝙto: ⁊ corꝓis sui qō fuit assūptū de ꝙgine nullis vnq̄ maculis deturpatū. ¶ Secunda rō. Nihil quod denotat ignominiā in xp̄o: est ponendū in eo. Sed si poneret q̄ virgo fuit cōcepta i pctō originali poneret ignominia in xp̄o q̄tum ad originē eius. Ergo hoc nō est ponendū in natura. ſ. q̄ mater ei⁹ fuerit in pctō originali cōcepta. Antecedens buius rationis patꝫ ꝓ maiori. Minor aūt ꝓbatur. Quia ē ponē ignominiā in xp̄o: q̄ fuerit de matre que aliquando fuerit peccatrix: ⁊ maxime qa de preterito nulla potētia sine sapientia potest se extendi. De aūt ꝓterita nō sint preterita ꝓ nullā potentiā aut sapientiā potest fieri ipsa non fuisse. Nec⁹ vnq̄ stat⁹ peccati ꝓ aliquā potentiā ita mundari potest: ut ipse sit equalis statui innocentie. ¶ Tertia ratio. Assumo auctoritatem Aug̃i. in libro de gratia ⁊ libero arbitrio. d. ꝓpter honorem dñi cū de peccatis agimus nullam de btā virgine volo facere questionez. Quero de quibus peccat̄ loquat̄ ibi Aug⁹. Aut ergo locutus est de peccatis venialibus tm̄. Aut de peccatis mortalib⁹ tm̄. Aut de peccatis venialibus ⁊ mortalibus simul. Si dicatur primum. Contra. Si ꝓpter honorem domini virgo fuit liberata a peccatis venialibus: multomagis fuit liberata a peccatis mortalibus ne incurreret illa. ꝓbatur: quia per peccatū mortale creatura efficit deo inimica: ⁊ nō ꝓ peccatū veniale. Si dicat secūdū. Aut ergo locutus ē de peccato actuali mortali. Aut loquit̄ de pctō mortali originali. Si dicat primū ita q̄ Augustinus locutus sit de peccatis actualibus mortalibus ⁊ non de pctō orignali. Contra. Peccatum originale est maximū peccatum ⁊ est mortale: qa omnis creatura que in tali concipitur peccato est in conceptione deo inimica. ergo si ꝓpter honorem domini virgo fuit liberata a peccatis mortalib⁹ actualibus que fuerunt in potestate voluntatis eius. ergo multomagis fuit preseruata ꝓpter honorem domini ne incurreret peccatum originale: quod nō erat in potestate voluntatis sue: quia non est honor domini q̄ mater eius fuerit in cōceptione maledicta. Relinquitur ergo vltimū membrum: q̄ Aug⁹ sit locutus de omnibus peccatis simul. ¶ Quarta ratio sumpta ex eisdē verbis Aug̃i. ꝓ

pter honorez homini ꝛc. Honor ibu xpi est ut omnino sit imaculat⁹ ve omnino imaculata natus: qui honor conuenit xpo etiam per aduersarium: ꝛ tamē xps tali honore non fuit veneratus. Quero qua re causa honor ꝛ perfectio ista xpo redemptori nostro data non sit. Aut q̄ fuit petīs Ade. Aut fuit ygo q̄ ex lumbis primorum parentū habuit originē. Aut fuit deus pater: qui hunc honorez filio prestare noluit. Aut spiritus sanctus. Aut xps qui tali honore venerari noluit. Non datur primū membrū. qa peccatum Ade nullam perfectionem aut honorē xpo q̄uenientem remouere habuit. Probatur. quia dato oppositō xpus non fuisset perfectus redemptor: imo aliqua macula fuisset deturpatus: si honor illi debitus per Ade peccatum fuisset ablatus: quia nō potest vnq̄ remoueri honor debit⁹ ab aliquo nisi inducatur macula opposita in illo. Neq; datur secūdū membrū. quia dicitur per Job. Quis potest facere mundū. s. individuū de imundo semine? Nō obstante ergo origine virginis que fuit ex lumbis Ade per concubitū viri ꝛ mulieris per vnionem spermatū infectorum i matrice Anne existentiū: deus adhuc per omnipotentiā suā potuit facere tale individuū mundus mundando corp⁹ organicū physicuz ex talibus seminibus eductum: introducendo aiam virginis in illo gratia plenā. Neq; datur tertiuz membrū. quia dixit pat̄ verbi: ꝛ dñi nri ihu xpi. Hic ē filius meus dilectus: in quo mihi bene complacuit ipsuz audite Peccatuz ergo Ade non habuit remouere honorem vnigeniti filij dei ab eo: aliter xps fuisset filius ire: quod est hereticū. Neq; datur quartum membruz quia nulla fuit discordia inter spirituz sanctum ꝛ verbum: ex qua potuisset auferri honor qui christo erat conueniens Neq; datur quintū mēbr̄. quia quāto ꝑbū caro factū est cū maiore honore ꝛ gloria: tanto postea per humilitatē suā ꝓfectior fuit secuta victoria. ¶ Quinta ratio. Tante potentie fuit atq; sapientie verbum diuinū anteq̄ fieret caro in eligendo sibi matrem omni corruptiōe carentem: quante potentie ꝛ sapientie fuit pater in eligendo filium equalem sibi: mediāte quo natura humana redimi posset per passionē eius. Ista propositio patet. quia eadem potentia ꝛ sapia ꝛ voluntas numero est in tribus personis. Sed deus pater elegit sibi filiū suū amicū in conceptione omni laude gloriaq; dignissimū. ergo ꝛ filius verbū patris elegit sibi ab eterno matrem in conceptione amicam atq; sanctam: omni laude gloriaq; dignissimā. Que electio talis non fuisset si in peccatis fuisset cōcepta. ¶ Sexta ratio fundata super dictum Aug̃i in libro sermonū suorū ad heremitas: sermōe. 43. de natiuitate dñi d. Sicut in celo felicez xps habuit pārez imortalē ꝛ eternum: sic ꝛ in terra habuit matrem omni corruptione carentem. Ex qua auctoritate formal⁹ ratio vna p̄supponēdo duo. Primū. Duplex est corruptio: animi. s. ꝛ corporis. Anima autē dicitur corrumpi propter peccatum: quia per illud efficitur deo inimica. ¶ Secundū presupposituz. Corruptio animi maior est corruptiōe corporis: quia per animi corruptionē nulla facta corruptione in corpore homo efficitur deo inimicus: per corruptionem autem corporis nulla facta corruptiōe in animo stat amicitia inter deum ꝛ hominem. Hoc patet in virginibus violatis que non prebent assensum voluntatiz sue: tūc in illis nō obstante corruptione corporis: animus illarum manet incorrupt⁹. Existis duobus presuppositis formatur ratio talis. Christus in terra habuit matrez omni corruptione carentem. ergo nulla corruptione virgo fuit corrupta: neq; q̄tum ad corp⁹ neq; q̄tum ad animam. Probo consequentiā. Et dato oppositō cōsequētis infer⁹ oppositū antecedētis formaliter: quia si fuit corrupta in aio per peccatū originale. ergo christus non habuit

matrē simpliciter omni corruptione carentē. Nō si sic est: virgo in pctō concepta nō fuit. ¶ Septima rō sumit ex verbis Aug. in eodē sermōe de natiuitate dñi. d. Sicut in celo qualis est pater: talis est filius. sic & i terra: qualis est mater: talis ſm carnē est filius. In celo cū patre eternus imensus incorruptus & sublimis. In terra cum matre imaculatus & mansuetus. Modo ex istis verbis formatur ratio talis. Qualis est xp̄us ſm carnem: talis est mater eius. Sed scōm carnē xp̄s nō fuit aliqua macula originali vel peccati vel alia vitiata. ergo nec virgo ſm carnem fuit aliqua macula originalis peccati vel alia vitiata. Probo cōsequentiā. Quia si in pctō originali fuisset cōcepta: nō eēt talis mater ſm carnē: qualis est xp̄us. Confirmat. Quia xp̄us in terra cū matre manet imaculatus & mansuetus: ergo virgo nō fuit aliqua macula originalis peccati vel alia vitiata. Probo consequentiā. Quia ille qui est & fuit olim imaculatus olim incorruptus & sublimis nō dicitur ꝓprie ꝓmanere cum ea: que fuit maculata & corrupta ſm animū p pctm: atq; rei inimica. ¶ Octaua rō. Maior fuit potentia atq; sapiētia ꝑbi vnigeniti filij dei in redimendo matrez eius: q̄ fuerit potentia atq; receptio diaboli in reprimēdo naturā humanā: que fuit creata munda sine aliqua macula peccati originalis. Ista pz. Sed p temptationem diaboli natura que erat munda fuit dānata. Ergo multo magis per potentiaz atq; sapientiā verbi natura humana in virgine fuit sublenata atq; redēpta perfectissimo modo redemptionis ꝑseruādo naturā humanaz ne vel parer maculā peccati originalis. Confirmatur. Causa mediāte qua contrahit peccatū originale in nobis est: ḡa sumus ex lūbis Ade: & dñs imputat nobis pctm primorū parentū. Sed verbum diuinū eligens sibi matrem ab eterno nō imputauit illi hoc peccatū. Probat. Quia nō elegit illam in cōceptione inimicā: imo amicam: quia ut dicit in canticis canticorum. Tota pulchra es amica mea & macula nō est in te.

¶ Ex virgo gloriosissima oi sanctitate fuit repleta atq; in conceptione sancta: per rationes directe loquētes de virgine Maria.

Descendēdo ad ea q̄ sunt specialia magis postq̄ determinauimus supioribus articulis p rōnes sumptas ex parte xp̄i virginē i pctō originali nō fuisse cōceptā: in presenti articulo hoc idē intendim⁹ demōstrare p rōnes sumptas ex pte virginis Marie. Et anteq̄ reducam rōnē ꝓmā presuppono duo. Tres sūt gradus sanctificationis. Primus in cōceptione q̄n alia intellectiua vnitur corpi organico physico. Isto gradu sanctificatiōis fuit sanctificatus xp̄us. Secund⁹ gradus sanctificationis est p⁹ cōceptionē i vtero matris. Isto gradu sanctificationis fuit sanctificatus Johannes baptista ecclesia affirmante scōm Ysa. de ventre matris vocauit me dñs. Tertius grad⁹ sanctificationis est extra vterum. Isto gradu sanctificationis fuerūt sanctificati multi: sicut fuerunt apli: qui i tali gradu fuerunt sanctificati p⁹ aduentuz spūs sci. Omnes ergo gradus sanctificationis reducunt ad istos tres: & qui habet primū gradū in gratia cōfirmat⁹ habet secundū gradū & tertiū: & nō econuerso. Similiter qui habet secūdū gradum habet tertiū gradū: & nō econtra. Exemplum primi. Xp̄s habuit primū gradū sanctificatiōis: quia in cceptiōe fuit sanctus. habuit secundū gradū: qa in ventre Marie post cōceptionem fuit sanct⁹. & habuit tertiū gradū: quia etiā extra vtez semp sanctus remansit. Exemplū secundi. Johānes baptista habuit talē gradū: & etiā extra vterū fuit sanctus: & tamē nō habuit primū gradū sanctificatiōis. Exemplū tertij. Alt fuerunt multi apli: q̄ fuerunt scificati extra vterū: & tamē nō habuerūt primū nec secundū gradū sanctificationis. ¶ Secundū presuppositū. Primi duo grad⁹

sanctificationis fiunt in vtero matris. Hoc patet: quia conceptio est quando creatur anima intellectiua: & illa vnit corpori suo organico. Talis autē vnio fit in vtero matris similiter. ¶ Secūd⁹ grad⁹ sanctificationis est in ventre matris: ecclesia. d. De ventre matris mee vocauit me dominus. Istis presuppositis stantibus forma⁊ ratio talis. Gloriosissima virgo omni sanctitate i vtero matris sue fuit repleta: ut de mundissima matre mūdissimus nasceretur fili⁹. Ergo ipsa in cōceptione fuit benedicta sancta & nō maledicta: amica & nō inimica: quemadmodū fuerunt cetere mulieres. Antecedens est sumptū ex ꝟbis Aug⁹. in sermōe de natiuitate dñi sic. d. quemadmodū in antecedēte p nos dictum fuit. Probo consequentia⁊. Quia ex opposito ꝓsequentis infertur formaliter oppositum antecedentis: quia si in conceptione virgo fuit maledicta & ire filia atq⁹ deo ĩimica. ergo nō fuit omni sanctitate in vtero matris repleta: quia per te non fuit repleta sanctitate: que in conceptione dari potest. Confirmatur ista ratio: quia ꝑm Aug⁹. ratio per quā Maria fuit oi sanctitate in vtero mris repleta est: ut de mūdissima matre mundissimus nasceretur filius. Modo dato oppositō: q⁹ virgo non fuisset sanctificata in conceptione: ipsa non fuisset mundissima q⁹tum ad animā: imo macula peccati originalis fuisset deturpata: & consequenter christus non fuisset natus mundissimus de matre mundissima. Confirmatur secūdo. quia ratio secunda p quam Aug⁹ voluit q⁹ virgo Maria sit omni sanctitate in vtero matris repleta est: quia sicut verbū dei filius in celo habuit patrem imortalem & eternū: sic habuit matrē omni corruptione carētem. Modo si virgo fuisset concepta in peccato originali: & in conceptiōe fuisset filia ire: similitudo Aug⁹ de patre eterno respectu verbi filij sui: & de matre temporali: que fuit gloriosissima virgo nulla esset: quia virgo nō simpliciter caruisset omni corruptione: q̄a per peccatū originale fuisset in anima corrupta: & sic xp̄us non habuisset eam equalitatem quā potuisset habere inter matrem suam & se: quemadmodū habuit equalitatem in celo ꝑm patrē eternum. Hoc autē ē expresse cōtra Aug⁹. d. Qualis est pater talis est filius: sic & in terra: qualis est mater talis ꝑm carnez est filius. Ex quibus verbis apparet q⁹ sicut verbum dei filius i celo habuit patrem omnino illi equalem: sic & in terra xp̄s idem verbum atq⁹ filius ꝑm humanitatē habuit matrem ꝑm carnez omni corruptiōe tam animi q⁹ corporis simpliciter carentem. ¶ Secunda ratio sumitur ex plenitudine gratie q̄ in Maria fuit quando illi per angelum dictū est: aue gratia plena. Quādocūq⁹ dat plenitudo gratie a dño alicui creature pure: q⁹tuz ē ex parte dei qui dat talem plenitudinez gratie: deus illā creaturā non permittit incurrere defectum: q̄ in potestate sua non est: sed ex defectu suorum parentū procedentē. Sed sic ē q⁹ gloriosissime virgini fuit data plenitudo gratie a dño: ergo q⁹tum fuit ex parte dei dedit illi talem plenitudinem gratie deus non ꝓmisit virginem gloriosissimaz incurrere maculā peti originalis que macula in potestate voluntatis virginis non fuit: sed ex defectu ꝓmorum parentum procedentē. Antecedēs pro maiori ꝑbat. Quia qui dat gratie plenitudinem: non dimittit incurrere illā creaturā in aliquā maculam: que non sit in potestate voluntatis sue: aliter nō daretur gratie plenitudo: quia plenitudo gratie nullum presupponit defectuz Nam qui totū dicit nihil excludit. Hunc difficili argumēto quidā dicūt atq⁹ respōdent: q⁹ plenitudo gratie alicui creature data pōt intelligi dupliciter. Aut q⁹ talis plenitudo detur illi creature ꝑm omnē modū possibilez tam ex parte dei q⁹ etiam ex parte eius cui datur talis plenitudo. Aut q⁹ talis plenitudo non detur ꝑm omnē modū possibilē illi: ꝑm

cōuenientem: ita q̄ ista plenitudo gratie sit scōm speciem: 7 non scōm ambitum totius generis gratie. ¶ Primo modo solus christus inq̄tuz creatura habuit plenitudinez gratie scōm omnem modum possibilem: tam ex parte dei q̄ etiā ex parte humanitatis christi: que diuinitati fuit coniuncta. ¶ Secundo modo sancti habuerunt gratiam. Et in hoc diuersificati sunt a Maria: qa ipsa inter omnes sanctos 7 sanctas habuit pfectissimū gradū gratie. Et ideo ad formā argumenti distinguit maior quia si illa intelligitur de primo modo plenitudinis gratie: cōcedo ipsam: sed nego minorem. Si vero intelligit illa maior de secundo modo plenitudinis gratie: nego maiorez 7 concedo minorem. Hec responsio non est ad ppositū: quoniā hoc in loco loquimur de gratia que datur aut dari potest alicui creature: que ex sui natura ē prona incurrere defectum: qui non est in potestate eius: sed ex defectu suorum parentum procedentem. Et pm hoc querebamus vtruz Marie q̄tuz ad redemptionē passiuā fuit data plenitudo totius gratie uel non: 7 vtrum fuit redempta pfectissimo redemptiōis modo. Si Maria fuit redempta pfectissimo redemptiōis modo 7 habuit gratiā q̄ fuerit preseruata: habetur intentum. Si in aūt non fuit preseruata: igitur q̄tum ad redemptionez passiuā non habuit plenitudinē totius gratie: immo ꝫ fuit gratia per partes. Hoc autez est contra Piero. d. Ceteris sanctis p partes datur gratia: Marie vero se infudit totius gratie plenitudo Et ibi loquitur de gratia que dat creature ex indigentia. Similiter hec respōsio est cōtra Aug̃. d. q̄ Maria fuit oibus gratijs fecundata: ac omni sanctitate in vtero matris repleta. Et ideo q̄ ista responsio comparat gratiaz xp̄i ad gratiā que datur ꝟginī 7 alijs sanctis non est ad propositū: quoniā comparat gratiam que datur in statu innocentie 7 in statu originalis iusticie ad gratiā qua indiget creatura humana post lapsum primoꝝ parentū. Amplius. Que admodū xp̄s i statu originalis iusticie fuit pfectissimus: sic virgo in statu grē fuit pfectissima: 7 inq̄tuz creatura pura habuit omnē gradū gratie possibilē intantū q̄ btūs Piero affirmat q̄ totius gratie que in xp̄o est in Maria venit plenitudo. Et Aug̃ dic̄ q̄ fuit oibus gratijs fecundata. ¶ Tertia ratio sumitur ex illis verbis. Dominus tecū Si virgo fuit in peccato originali concepta: igitur in cōceptione fuit sub potestate diaboli constituta. Probo ꝓnam Quia si fuit i peccato originali ꝯcepta igitur fuit filia ire. Et si filia ire: igitur a deo derelicta ac deo inimica fuit: 7 cōsequenter sub potestate diaboli ꝓstituta Hoc aūt iudicio nostro est ita absurdū dicere: q̄ nulli vero catholico hoc consonare debet: aut potest: 7 ꝑsertim cū machometh qui fuit paganus in alcorano suo dicat. Non est in filijs hominū quē non tetigerit satban: excepto christo cū sancta Maria. Et ideo si Maria fuit plena gratia: dominus semp fuit secuz 7 nūq̄ defuit illā: que ab eterno mater ihu xp̄i ordinata ē: anteq̄ quicquā fieret a principio. ¶ Quarta ratio sumitur ex illis verbis: benedicta tu inter oēs mulieres. Et arguitur sic. Maria fuit benedicta inter omnes mulieres: 7 supra omnes. ergo in conceptione fuit benedicta 7 sēā 7 non maledicta. Añs ꝑz. 7 ꝓsequētia ꝓbat. Quia ex oppositis ꝓsequentis infertur formaliter oppositum antecedētis. Et si dicat q̄ benedictio Marie fuit ut ipsa sola inter mulieres esset digna mater dei 7 hominis: 7 non q̄ in conceptione fuerit sancta. Hoc nihil valet: qm̄ si bñdictio Marie fuit sufficiens ad faciendū illā esse dignam matrem dei: ut in ea verbū fieret caro: multo magis fuit sufficiēs ad faciendum ipsam in conceptione sanctā: quoniā hoc antecedit ad illud: ut ipsa postea modo quenientissimo posset dici mater saluatoris. Et ideo ecclesia inqt

Quibus te laudibus efferaz nescio: qa quem celi capere nō poterant tuo gremio contulisti. Et ideo Iero⁹ ad Paulam ⁊ Eustochium inquit. Quicquid maledictiōis infusum est p Euam: totuz abstulit benedictio Marie. Quod profecto nō esset si virgo in cōceptione fuisset maledicta atq; in peccato originali cōcepta. Quinta ratio sumitur ex verbis Iero. ad Paulam ⁊ Eustochium. Et si i sanctis patrib⁹ ac prophetis gratia fuisse creditur: nō tamen eatenus plena: in Maria vero totius gratie que in xpo est venit plenitudo. Unde formatur talis ratio. Quandocunq; tot⁹ gratie plenitudo que i xpo est alicui creature datur: illa creatura in conceptione est sancta: ⁊ non maledicta. Ista patet: quia oppositū predicati infert oppositū subiecti. Sz Marie totius gratie plenitudo que in xpo ē data ē p Ieronymū. ergo Maria i cōceptione fuit sancta ⁊ non maledicta: Et si dicatur q; Ieronymus loquitur de gratia quam inuenit Maria apud dominuz: ut esset mater dei quando illi dictum est per angelum: inuenisti gratiam apud deū. Ista responsio est de directo contra Ieronymum: quia Ieronymus dicit super illis verbis: Aue gratia plena. Et vere dicitur plena: qa ceteris sanctis per partes datur gratia Marie vero se infudit totus gratie plenitudo. Et ideo patet error illoz̄ qui crediderunt q; Maria per salutationē angeli efficeretur plena gratia. Hoc salua pace non est verum: quia angelus inuenit eam iam gratia plenaz: de qua plenitudine gratie loquūtur Ieronymus ⁊ ceteri sancti doctores. Sexta ratio sumitur ex verbis ipsius Job: qui scōm Gregoriū. xi. moralium: intuens incarnationē homini dixit. Quis potest facere mundum scilicz induiduum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es scilicz omnipotēs? Job ergo querit intuens incarnationez hominiq; si essent vnita duo spermata infecta in matrice mulieris: quia illa apellatur conceptio prima scōm semina vtrum deus non obstante immundicia seminuz posset postea quando corpus erit organiçatum ut sit aptum ad suscipiendum animā intellectiuam quādo fiet conceptio scōm quam anima vnitur suo corpori: in tali conceptiōe educere illud indiuiduum mundum ⁊ non infectum. Et Job dixit. Nonne tu qui solus es omnipotens? Et certum est q; sic. Et ideo quero: de quo indiuiduo locutus est Job. Aut de christo. Aut de virgine Maria. Aut de aliquo altero indiuiduo. Non vltimū membrū: quia Job intuens incarnationem hominī non solum intuebatur q; verbum debebat fieri caro: sed etiam in quo indiuiduo. Neq; est dandum primū membrum: quia christus non fuit indiuiduum eductum de immundo semine. Relinquitur ergo secundum membrū quod est verissimū: quia Job intuens incarnationē hominī que debebat fieri in virgine querebat si non obstante immundicia seminuz parentum deus posset educere virginez Mariam mundam ac sine peccato originali conceptam. Et affirmat q; solus deus qui est omnipotens potest hoc facere: ut patet intelligenti. Septima ratio. Quanto aliqua creatura post Ade delictum fuit ad maiorem gradum dignitatis ⁊ gratie sublimata: tanto fuit perfectius redempta. Ista patet. Sed gloriosissima virgo inq̄tum creatura pura fuit ad maximuz gradum dignitatis ⁊ gratie sublimata: quia fuit mater dei ⁊ hominis: ⁊ exaltata ē super choros angelorum ad celestia regna. Igitur perfectissimo modo redemptionis redempta. Perfectissimus autem modus redemptionis est sept⁹ a nobis ⁊ ab alijs preclarissimis doctoribus assignatus. Octaua ratio. Cōceptio gloriosissime virginis Marie precessit in mente diuina cuiuscūq; alteri⁹ creature pure ceptionē: ut p3 p illud sapiētie dictū:

dominus possedit me: quod fuit a nob exp̃ositum in exordio questionis huius Igitur per peccatū primoꝝ parentum conceptio virginis maculari nō potuit Probo psequentiā p Aug. i4. de ci. dei c. xi. d. Homo enim peccato suo diuinū non potuit perturbare consilium: quasi qd deus statuerat illud mutare compulerit. Sapientie probationes nolumꝰ hic replicare: quia sufficienter fuerūt deducte in exordio. Ex quibus sapientie verbis potest deduci q̃ siue Adam peccasset: siue non. Maria ibu xpi mater fuisset: et in ea verbuꝫ caro factum esset. De qua materia si dabitur nobis tempꝰ ad plenū loquemur: et eam approbabimꝰ.

¶ Nona ratio. Nulla puritas sub celo maioꝛ potest intelligi q̃ puritas et mūdicia gl̃iosissime virginis Marie. Igit̃ virgo in peccato originali nō fuit cōcepta. psequentia patet: quia oppositum consequentis infert formaliter oppositum antecedentis: quia dato oppositio consequentis posset intelligi puritas q̃ est in statu innocētie. Antecedens aūt pꝫ p Anselmū in li⁹ Cur deus homo. Decet virginem ea puritate nitere qua sub celo maioꝛ nequit intelligi. ¶ Decima ratio. Non sustinet nome matris et filij: ut mater sit primo inimica: deinde amica: quia q̃ maledixerit patri aut matri morte moriatur. Sed ꝑgo Maria fuit ab eterno electa mater a verbo dei. ergo non fuit electa inimica imo amica Unde dicitur est in canticis canticoꝝ. Surge amica: et nulla macula est in te. quod non esset si in peccato esset concepta. ¶ Undecima ratio. Virgo Maria fuit electa ut sol: et pulchra ut luna. Ergo in ipsa non fuit aliqua macula. Oppositū cōsequētis infert formaliter oppositum antecedentis. Antecedens autē probaf p ecclesiam. d. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens: pulchra ut luna: electa ut sol? Et in psalmis. In sole. i. in virgine posuit tabernaculum suum: et ipse. s. xp̃s tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo.

¶ Duodecima ratio. Virgo fuit exaltata super choꝛos angelorum ecclesia. d. Exaltata ē sca dei genitrix sup choꝛos angelop ad celestia regna: ergo nō fuit in peccato originali concepta. Probo psequētā. Quia status peccati quātūcunq̃ mundatus nō habet exaltari sup statuꝫ innocētie. Et si dicaf q̃ ꝑgo fuit exaltata sup choꝛos angelorum: quia fuit mater dei ꝑ xp̃i. Contra. Hec dignitas Marie q̃ fuerit mater dei et hois non habet peruertere ordinem regni celestis imo potius augere. Igit̃ si fuit exaltata fuit exaltata ꝑm statum innocētie: et nō ꝑm statum peccati mundatum. ¶ Decimatadecima ratio. Illud individuū qd ē omni laude dignū nulla ignominia est afficienduꝫ. Ista patꝫ. Sed gloriosissima virgo Maria ē omni laude dignissima. q̃ nulla ignominia est afficienda Minoꝛ pbaf p ecclesiam. d. Felix es sacra ꝑgo Maria et omni laude dignissima: quia ex te ortus ē sol iusticie xp̃s deus noster. ¶ Quartadecima rō. Ecclesia facit festum conceptionis: et non sanctificatiōis: neq̃ i vtero neq̃ extra. ergo virgo nō fuit in peccato originali concepta. Antecedens pbaf. Dicit enim officio conceptionis. Sicut natiuitas mediante diuina reuelatiōe fuit reperta: ita et conceptio venerande dei genitricis ꝑpetue virginis Marie p multa signoꝝ experimenta in anglia et in frācia ceterisq̃ orbis climatibus celebrāda olim ē declarata: et cetera. Ubi narratur historia de celebrāda virginis cōceptiōe. Et si aduersarij talē negant historiam: et dicant eam esse falsuꝫ: dicāt nobis cur ecclesia permittit talia falsa affirmari. Et ideo qui damnant talē historiā damnant etiā ecclesiam. ¶ Ultima ratio validissima per quā ostenditur q̃ virgo non fuit in peccato concepta ē quia post peccatum primoꝝ dictum est Ade. In sudore vultus tui vescēris pane tuo: et Eue. In dolore paries filios tuos. A qua pena nulla femina fuit liberata nisi virgo Maria: quod ē signū

euidentissimū q illa nō fuit in peccato concepta. Et sic facio finem huius articuli pretermittendo multa que sūt satis leuia que adducunt a ceteris doctoribus ad laudem virginis.

Modus per quem virgo fuit liberata a peccato originali.

Dictis rationibus veritatis a nobis demōstratum est gloriosissimam virginē a macula peccati originalis non fuisse deturpatam: imo in conceptiōe fuisse sanctā: in presenti articulo declarare intendimus modum quo virgo gloriosissima fuit preseruata atq; sanctificata. Dicam⁹ ergo q postq; fuit formatū corpus organicum physicum i ventre matris gloriosissime virginis virtute.s.s. illud sacratissimum corpus ante infusionem anime intellectiue fuit mundatum atq; purificatum ut esset vas aptissimū ad recipiendum animā illam sanctissimam. Fuit postea creata alia intellectiua gloriosissime virginis plena dei gratia atq; sanctitate: vnitaq; corpi suo gloriosissima virgo sancta atq; imaculata concepta ecclia d. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens pulchra ut luna: electa ut sol? Et ideo in canticis canticorū dicit. Surge amica mea: columba mea: speciosa mea: surge ⁊ nulla macula est in te. Et Aug⁹ fidei nre lumen in sermone de natiuitate dñi inqt. Maria mater xpi electa est: ⁊ sup oēs creaturas preelecta: omnib⁹ gratijs fecundata: omnib⁹ virtutibus ornata: omni sanctitate in vtero matris repleta. Dō verbum est admirabile ⁊ gloriosum: qa si fuit omni sanctitate in vtero matris repleta. igitur in conceptiōe fuit sancta Et ideo virgo gloriosissima fuit benedicta inter omnes mulieres nemine excepta. ⁊ quicquid maledictionis fuit in Eua scōm Dicro. totum abstulit benedictio Marie. Nam gratia p partes ceteris sanctis data est. Marie vero se infudit totius gratie plenitudo. Et q̄uis i ceteris sanctis gratia fuisse creditur: tñ non eatenus plena: in Maria vero totius gratie que in xp̄o est venit plenitudo scōm sanctum Dicro. Quia p̄m eum vem: quod natura non habuit vsus nescuit: ignorauit ratio: mens humana non capit: pauet celum: stupet terra de tanta plenitudine gratie Marie a dño collata. Et iō p̄m Ansel. decuit virginē tāta puritate nitere qua sb celo maior nequit intelligi. Et iō multe filie cōgregauerūt diuitias: tu sup̄ Maria supergressa es vniuersas: tuq; sola exaltata es super choros angelorum ad celestia regna. Et ideo o gloriosissima virgo de ne dixisti: Magnificat anima mea dominū: quia non est anima alicui⁹ creature pure a principio mundi vsq; ad finem eius: que magis teneatur magnificare dominū ⁊ creatorē nostrum q̄ ala tua. Et inde exultauit spiritus tuus in deo salutari tuo. Et ratio hui⁹ fuit: quia dominus qui potens ⁊ omnipotens est fecit tibi magna ⁊ admirabilia: quia in eo fuit potentia: in eo fuit sapientia: i eo fuit amor erga te. Tu sola fuisti q̄ dño placuisti in vtero: cuius verbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis.

Cur virgo Maria non fuit liberata a penis peccati originalis: si fuit liberata a peccato.

Ordo doctrine expostulat videre cur sp̄a Maria nō fuit preseruata ne incurreret penas peti originalis si fuit preseruata a petō originali. Quidam dixerunt sp̄am a morte temporali: que est pena peccati originalis non fuisse preseruatam ad maiorem cumulum meritorū virginis: quia ut dicit Aug⁹. 13. de ciui. dei. c. 1. Quid enim preciosius q̄ mors p quam fit: ut etiam omnia delicta deleantur: ⁊ merita cumulatius augeantur: ecclesia dicēte Preciosa i cōspectu dñi mors sanctorū ei⁹. Virgo g̃ ob hanc cām mortua est.

Hec opinio nobis placere non pōt. ℣ Auctoritas Aug̃. est ꝛ directo in cōtrariū: quia mors non est data virgini ad velenda eius velicta: quia in gloriosissima virgine nullū vnq̄ fuit velictum. ℣ 2° Merita augentur ex bonis operib⁹: ⁊ demerita ex malis. ℣ Amplius non sunt facienda mala: ut eueniant bona. ℣ 4° Virgo fuit aucta meritis obediēt⁹ humilitatē. ipsa dicēte: Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce enī ex hoc beatam me dicent omnes generatiōes. Nos vero formaliter huic dubitationi respondere volumus ex dictis Aug̃. q̄ 13. de ciui. dei. c. 4. querit: qua de causa oēs nos nō fuimus liberati a morte tēporali si p passionē dñi fuimus liberati a crimis nexu: ⁊ ab ipso originali pctō Cui dubitationi Aug⁹ respondet. d. ad hoc relinqui anime expumētū separatiōis a corpe: q̄uis ablato iā crimnis nexu: quoniaz si regenerationis sacrm nō haberet: cōtinue sequeref imortalitas: ⁊ sic ipsa fides euacuaref. Dult⁹ q̄ Aug⁹ q̄ cum ipsa fides sit constituta ex. 12. articulis inter quos vnus articulus est regenerationis atq; resurrectionis sacramentū: si hoies non morerentur fides euacuaref ⁊ destrueretur ꝑm vnū articulum. His visis patere pōt quare virgo non fuit liberata a morte tpali: q̄uis fuerit liberata a pcto originali. ¶ Nō habemus pro inconuenīēti addere tertiā responsionē magis specialiē ꝛ gloriosissima virgine loquēte: q̄uis ea respōsio generalis que data fuit ꝑm Aug̃. sit optima. Dicamus ergo virginem gloriosissimā nō fuisse liberataz a morte tpali: q̄uis fuerit liberata ⁊ preseruata a pcto. Et in hoc est magna differentia inter virginē ⁊ alios qui incurrerunt originale pcatū. quia deus voluit exercere in virgine misericordiā ⁊ ipsā iusticiā: qa misericordia nō expellit iusticiam: nec econuerso. Nam dicit⁹ in psalmis. Misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi: iusticia ⁊ pax osculate sunt. Exercuit dñs i virgine misericordiā tātū quātū fuit capax ad illaz recipiendā. Nam ipsa ex dei misericordia fuit preseruata ne incurreret pcm originale: imo anima eius gloriosissima fuit creata plena gratia: que equalet q̄tum ad acceptationē originali iusticie. Exercuit dñs in virgine iusticiā: quia ⁊ si nō dimiserit eā incurrere pcatum originale: tamen cum ipsa fuit de descendentibus ab Adam ex coi cocuntiū semine: noluit liberare eam a penis pcti originalis ⁊ a morte tēporali: ut etiam virgo non esset maiori priuilegio ornata xp̃o redemptore nostro: qui nullo modo pccauit: ⁊ tamē p salute humani generis ductus ⁊ oblatus est: quia voluit ad mortē: passusq; est pro pcatis nostris. Nam vere ipse languores nostros tulit. Hanc itaq; responsionem putamus veriss̄imā: ⁊ optime digestā. Si quis tñ meliorē habet: in medium illam ꝓferat ⁊ adducat.

¶ In quibus differt conceptio xp̃i a conceptione virginis Marie.

Si volumus recte cōsiderare ea que supioribus articulis a nobis determinata fuere: intelligem⁹ nos nō tantū virginē gloriosissimā Mariaz excoluisse: ut eam equalē xp̃o redemptori nostro in conceptione esse velimus. Et ut hec intentio nostra melius explicet ꝛ credi in presenti articulo declarare differentiā existentez inter conceptionem xp̃i atq; inter cōceptionem virginis. Et ut melius intelligat id quod determinare decreuimus. Primo intelligendū est quot fuere gradus conceptiōis ut ex istis appareat intentū.

¶ Primus gradus cōceptionis fuit eoꝝ qui a creatore nostro fuerūt creati atq; in originali iusticia cōcepti. Isti fuerūt primi parentes nostri: qui in originali iusticia cōcepti p trāsgressionē legis a domino illis date amiserunt originalē iusticiā. ¶ Secundus grad⁹ fuit illius qui in originali iusticia cōceptus ē per assumptionē humanitatis in deū. Iste fuit gradus conceptionis xp̃i: quādo ver-

bum caro factū ē: qui xp̄s fuit pfectus ⁊eus: atq; pfectus ho̅mo: atq; redēptor noster. ¶ Tertius gradus cōceptionis fuit illius creature: que nō in originali iusticia concepta est, ppter pccatū primorum parentum: sed fuit concepta in gratia. Et gratia q̄tum ad acceptationem equiualet originali iusticie. Isto gradu ꝛceptionis fuit ꝛcepta sola gloriosissima virgo post lapsum Ade: quia sola illa meruit redimi pfectissimo redemptiōis modo. ¶ Quart⁹ grad⁹ ꝛceptionis fuit eoꝝ q̄ in pctō originali cōcepti sūt. Et isti fuerūt oēs illi q̄ fuerūt post Ade ⁊lictū. Ab isto tamē pccato quidā fuerūt liberati in ⁊entre matris: ut fuerūt Jobes baptista ⁊ Hieremias Alij ꝯo extra ⁊terū: ut patet intelligēti terminos. Et quib⁹ pz differentia inē ꝛceptionē ꝙginis: ⁊ cōceptionē xp̄i? ꝙ xp̄s fuit ꝛceptus in originali iusticia p assūptionē humanitatis in ⁊bū rect⁹ ꝑm voluntatez: ⁊ ꝑm oēs sensus. Nec̄q; inter rōnē ⁊ sensuū naturā fuit aliqua ⁊ellio. Virgo in gratia fuit concepta ⁊ nō in originali iusticia ⁊ b̄ p ꝑfectū redemptiōis modū. ¶ Secūdo xp̄us in ꝛceptione nō indiguit redemptiōe passiua: nec̄q; habuit naturā ꝓnā ad recipiendam maculā pcti originalis. Virgo in cōceptione indiguit gratia ⁊i ne laterē⁊ ⁊ incurreret maculā pcti originalis. Vaz eius nā erat ꝓna ⁊ habilis ad recipiendā talē maculā. Xp̄us fuit ꝛceptus ⁊e spū sancto in ⁊tero virginis Marie aūt nō fuit ꝛcepta ⁊e spū scō: ꝙ ex coī coeuntiū semine. Anima xp̄i in ꝑmo instanti ꝛceptionis ei⁹ vnita ꝙ fuit btā. aīa ꝙginis q̄ius fuerit scā: tñ i ꝑmo instanti sue ꝛceptiōis nō fuit btā Ergo est magna differētia inē ꝛceptionem xp̄i: ⁊ inter conceptionez virginis Marie: ut pz intelligenti terminos.

¶ Responsiones argumentoꝝ ꝑmi articuli partis affirmatiue.

Nihil aliud nobis ⁊eniēp restat nisi soluere argumēta ante oppositū qōnis adducta. Et ꝑ ad argumēta ꝑmi articuli ptis affirmatiue qōnis. Ad ꝑmū argumētū duplici mō rñdē possū. Primo⁹ mod⁹ ē tenere q̄ ꝙgo nō pccauit i radice nec̄q; fuit pccatū originale. Et ut intelligat q̄d sit pccare in Adā tā q̄ i radice: dico q̄ nihil aliud est pccare i radice nisi imputatio a dño facta ⁊escendētib⁹ ex lūbis Ade ex qua imputatione nulla ꝓuenīēte ⁊ei grā ⁊oies in cōceptione contrahūt originale pctm̄. Scōm ḡ istū ꝑmū modū dico q̄ dñs ex sua infinita mīa nō imputauit pctm̄ ꝑmoꝝ parentuz matri sue glorioſissime nec̄q; dimisit eā incurrere tale pctm̄. ¶ Ad argumentū nego antecedēs illius ꝛsequentie. Et ad auctoritatē ꝑauli dico q̄ ꝑaul⁹ i ea auctoritate ē locut⁹ ⁊e lege coi. Modo p gratiā pōt aliq̄ creatura ex libera voluntate ⁊ei excipi a tali lege. Cūm lex nō tollit gratiā nec̄q; grā in vno cozrūpit legē in alijs. Et iō stat q̄ ⁊e lege cōi oēs in Adā ⁊ebāt pccare: ⁊ tñ aliq̄ creatura ex singulari ꝑuilegio fuerit excepta. ¶ Ad ⁊ductionē ꝑmi icōuenientis dico ad auctoritatē euāgelij eam esse ⁊rā: ꝙ dico q̄ bt̄q; sūt in pōtētia ꝓxima ad incurrendū egritudinē pōt dici egri: ⁊ nō minus est opus medico i illis q̄ in his qui iā ceciderūt in egritudinibus: qa si ⁊onus medic⁹ cognosceret causas ꝛpin quas egritudinis alicui⁹ ⁊ añq̄ incurreret illi daret opz: hic maxime laudādus esset. Cū ergo ⁊e⁹ sit optim⁹ medic⁹ aiarū nostrarū: sic voluit mederi ꝙgum gl̄iosissime: ut nō solū noluit eā incurrē egritudinē pccati originalis: ⁊rū etiā noluit eā incurrere dispositionē pcce⁊entē tale pctm̄. Dispositio aūt pcedens talē egritudinē erat imputatio ꝑmoꝝ parentuz. Et iō nego ꝓnaz. Virgo nō pccauit in Adam nec̄q; ꝓtraxit pctm̄: ꝙ nō indiguit redēptiōe. Añs aūt illud eēt sufficiēs ad inferēdū xp̄m si b̄ fuisset ex nā ꝙginis: ꝙ b̄ nō fuit ꝙ ex sūma mīa ⁊ei. ⁊ iō redemptio sua fuit nobilissima ¶ Ad ꝓfirmationē nego añs: ꝙ bñ dico q̄ indigentia ꝑsupponit nām: que si nō

preueniret a rei grā incurreret defectū.
¶ Ad secundā confirmationem dico q̄ si Ade peccatū non regnauisset i cōs neq̄ natura que non incurrit illud fuisset p̄ona ad recipiendum illud: q̄ xp̄i iusticia non regnauisset in omnes in iustificationez. Modo in virgine fuit excellentissima dei misericordia ⁊ iustificatio: quia id quod debebat incurrere ex peccato dñs noluit illā incurrere ⁊ iste fuit perfectissimus modus redemptionis ¶ Ad reductionem secundi inconuenientis dico q̄ si fuisset aliqua creatura pura: que ex sui natura nō peccasset in Adā: q̄ ab illa nō fuisset remota originalis iusticia. Modo virgo q̄uis non peccauit in Adam: neq̄ contraxit peccatū. hoc non fuit ex natura eius: ꝫ ex dei grā atq̄ misericordia. ¶ Ad confirmationez dico q̄ q̄ nullo modo peccat neq̄ contrahit peccatuz originale ex sui natura: ab illo non remouetur originalis iusticia que aliis p̄ peccatuz remouet. Sed non est sic in virgine ut visum fuit. Si p̄o p̄m alium modū vellemus respondere: possem⁹ dicere q̄ virgo peccauit i Adā: iuxta illud Pauli: Omnes in Adam peccauerūt. ⁊ tūc cōcedo antecedens p̄me consequētie: ⁊ nego consequentiam. Ad reductionez p̄mi inconuenientis: nisi consequētia valeret: dico q̄ moꝛs data ē virgini ex summa dei iusticia: quia q̄uis liberauit eam a peccato noluit eam liberare a pēnis peccati: ut fuit plene visuz in .iij. articulo questionis: quare virgo nō fuit liberata a pēnis peccati. ¶ Ad argumētuz dico: q̄ illi fuit data moꝛs ex imputatione peccati. Et quādo dicit q̄ peccatū in radice nō cōtractum nō ponit aliquē defectū: dico q̄ q̄uis nō ponat: tamen facit q̄ si natura ex se dimissa esset maneret defectus: ⁊ maxime defectus primoꝝ parentū. ¶ Ad secundū inconueniēs nego ipsū: ⁊ cōcedo q̄ vltimꝰ finis hominis est frui deo: ⁊ videre ipsum facie ad faciem sicuti est. Et ad pbationē ꝓcedo q̄ post Ade peccatū omnes indiguimus gratia dei: ⁊ nego q̄ oēs erant apti ad damnationē: imo dico q̄ aptitudo ad felicitatē inest ita bōi q̄ stāte ei⁹ natura semp bōmo habet talē aptitudinem. Bene verū est q̄ talis aptitudo nō poterat educi de potentia ad actum: nisi mediante gratia dīni nostri ihū xp̄i. Et cuz dicit virgo indiguit grā dei: ꝓcedo Et cum queritur ex qua causa: dico ex peccato primoꝝ parentū: qa nisi fuisset preuenta p̄ dei gratiā incurrisset peccū originale. ¶ Ad tertiū inconueniens nego illud ⁊ dico q̄ fuit explicata cā q̄re virgo moꝛtua fuit ⁊ est in .iij. arti. ex sūma dei iusticia, ꝓpter peccatū primoꝝ parētū ne etiā ipsa fuisset maioꝛi priuilegio ornata q̄ ihc̄s q̄ moꝛtuus est ꝓ peccatis nr̄is: qa voluit. ¶ Ad ārtū inconueniens dico negando illud: ⁊ dico q̄ de possibili ratio cōcludit q̄ sicut vnum iudiuiduū fuit p̄seruatū oia potuerūt p̄seruari. Et dico q̄ supposita lege coi nō preueniēte grā spāli ꝓcludit q̄ oēs qui p̄ ꝓcubitū viri ⁊ mulieris ab Adā habuerūt originē i peccō fuisse ꝓceptos sed dico q̄ preueniente grā illa rō non ꝓcludit necessario. Et sic sūt intelligēde rōnes Aug̃. cōtra hereticos q̄ nolebāt aliquē paruulū attrahere peccatū originale. Et cum dicit. si esset aliqua ratio necessaria: sua opposita eēt impossibil⁹: dico q̄ stante lege nō p̄uieniēte grā illa ratio est necessaria ex suppositiōe legis preueniente grā illa rō nō cōcludit. Et ut intelligat absolute nō est ita necessarium q̄ qui descendūt ex Adā q̄ de necessitate contrabant peccū: qa si dicis de potentia absoluta vellet oēs p̄seruare sed hic accipit necessariū p̄ conuenienti quia p̄m legē cōmunē omnes attrahūt: tamē p̄ gratiā aliqua creatura excipit.
¶ Ad quintum inconueniens dico q̄ si virgo fuisset moꝛtua ante passionē dīni q̄ ipsa nō intrasset ad limbū: imo stetisset associata cū angel⁹ ⁊ scis: ⁊ expectasset resurrectionē filij sui: qa ordo vniuersi sic requirebat q̄ nemo ante christum fuisset beatus: ⁊ ad paradisum intrasset.

Neq; ista expectatio fuisset ei molesta: neq; ei fuisset impedimentū: quia ordo regni celestis sic requirebat q̄ xp̄s p̄m⁹ esset in paradiso: deinde ceteri suo ordine: & virgo non habuisset residerū in ordinatum contra ordinem regni celestis. Et ad rationem dico: q̄ virgo fuit producta propter finē vltimū: cum tali tamen ordine ne precederet xp̄m redēptorem nostrum: ut patet intelligenti.

Ad sextum dico q̄ nō bat̄o pro inconueniēti id quod dicitur esse inconueniens: quia s̄m Job. Quis potest facere mundum de imundo conceptuz semine: nōne tu qui solus es? Nam scōm Aug⁹. Maria fuit omni scitate i vtero matris repleta. Et ratiōi dico: q̄ Aug⁹ in li. de fide ad Petruz loquitur de lege cōmuni: nulla interueniēte speciali grā. Modo in ꝑgine specialis gratia interuenta est: quia s̄m eundem Aug⁹. in sermone de natiuitate domini Maria fuit omnibus gratijs fecundata: & ideo in peccato non fuit concepta.

Responsiones argumētorum secundi articuli partis affirmatiue.

Ad argumenta secundi articuli. Ad primū concedo consequēs & consequentiā. Et cū dicit̄ accipio animā virginis in illo priori: tūc in tali anima ē carentia originalis iustitie debite. negat̄ q̄ in illo priori comꝑtat illi neq; gratia neq; carētia originalis iustitie: quēadmodū homo priori tate nature precedit risibilitatem: & tñ non dicimus hominē i tali priori babē carentiam risibilitatis. Unde aia i illo priori quidditatiue est tñ anima: neq; est in gratia neq; priuata gratia: quia nec quidditatiue illi nō cōuenīūt. Unde isto modo si ratio tua concluderet posset demonstrari xp̄m i peccato originali fuisse conceptum: quia anima xp̄i priori tate nature precedit originalē iustitiā tunc in illo priori: quia cum nō bat̄at originalē iustitiā esset in peccato cōceptus: imo posset ꝓbari q̄ istā tuā rōnem q̄ oia prioza prius babuissent carentiam & priuationē suoz̄ posterioruz q̄ ipsa posterioza. Hec autē sunt absurda.

Ad secundū argumētū dico q̄ ego indiguit gratia dei: quando erat i suis causis proxime eā productiuis ut preueniret a gratia dñi. Et dato q̄ instās indigentie sit distinctū ab instanti grē: loquor de instanti nature. In instanti indigentie nō habuisset peccatuz: quia ista indigētia est illa que precedit defectum: & nō illa que sequit: quēadmodū cecus q̄ progreditur p viam in qua est fouea anteq̄ cadat auxiliatur p videntem: tamē indiguit tali auxilio: & tamē non dicimus q̄ ipse ceciderit in foueā.

Ad tertū argumentū dico negādo minorē. s. q̄ de⁹ tali honore nō vult venerari. Et ad auctoritatez Hieronymi dico q̄ ipsemet explicat de quib⁹ mulieribus loquit̄. Ille aūt mulieres fuerūt Raab meretrix: Bersabee vxor Urie mater Salomonis: & Ruth moabitis Iste sunt que assumunt̄ in genealogia xp̄i: & fuerūt peccatrices: tamē virgo de qua imediate xp̄s assumptus ē in petō cōcepta nō est: ut patet. Ad quartuz nego minorem: qa virgo magis debet xp̄o: q̄ xp̄s nō dimiserit eam incurrere peccatum q̄ q̄ dimiserit eam incurrere & postea mūdaret: qa status innocētie est melior quocunq; statu peccati q̄tūcunq; mundatus. Ad quintū nego ꝓsequentiā: quia s̄m Job deus pōt educere indiuiduū mundū de imundo cōceptū semine. Et ad auctoritatē euāgelij dico q̄ mala arbor nullo alio interueniente malos fructus facit: ꝑ interueniente gratia domini: mala arbor bonos fructus facere potest: quia deus naturaruz est auctor. Et ad Aug⁹. dico q̄ ipse locutus est de lege cōi: nulla interueniente gratia. Sed s̄m eundē Aug⁹. in sermōe de natiuitate domini. Maria fuit omnibus gratijs fecūdata: & omni sanctitate in vtero matris repleta: ut de mundissima matre mundissim⁹ nasceꝛ

filiꝰ. ¶ Ad sextū argumētū nego minorē: qa illo mō post baptismū baberemꝰ pcatū originale: quia in nobis ē sensuum rebellio. Hoc aūt est inconueniēs ergo illud ex quo sequitur.

¶ Rñsiones argumentoꝝ tertij articuli partis affirmatiue.

AD argumēta tertij articuli. Ad primū dico ad minorē q̄ solus xp̄s ex sui natura fuit conceptꝰ in originali iusticia sine pctō. hoc solum illi conuenit: sed ex hoc nō tollit: cū virgo p dei gratiam fuerit preseruata a pcto. Et ad auctoritates Aug̃. dicit q̄ solus xp̄s ex sui natura fuit sine pcto & in originali iusticia conceptus. ¶ Ad secundū dico ad auctoritates q̄ solus xp̄s post Ade relictum in originali iusticia ex sui nā sine pcato cōceptus est. De mulieribus nulla inuenta est que ex sui natura in originali iusticia concepta est sine pcato: cū quo tamē stat q̄ nō intercedente eius nā: ℈ dei gratia q̄ virgo fuerit preseruata ne pccatuꝫ originale incurreret: qa virgo fuit omnibus gratijs fecundata: omni sanctitate in vtero mr̄is repleta. ¶ Ad tertiū cōcedo q̄ mundicia virginis fuit citra mundiciā xp̄i: & nego minorē: q̄ si virgo non fuisset in pctō originali cōcepta fuisset equalis mūdicie cum xp̄o. Nam acceptis duabus altedinibꝰ: q̄rū vna sit intensa ut. 8. et alia ut. 4. dicimꝰ q̄ ex eo q̄ illa sit ut. 4. q̄ illa sit maculata: & nō sit pura altedo: & q̄ nisi ponerem⁹ eam maculatā ipsa est equalis cum altedine ut. 8. Certum est q̄ non dic est de virgine respectu xp̄i. ¶ Ad quartū argumentū dico q̄ fundamētū illud est verissimū. Et cum dicit q̄ ē falsum. nego. Et cum dicit q̄ isto mō posset pbari q̄ xp̄s nō fuisset mortuus p̄o salute humani generis. nego. Et cū dr̄ potuit non mori. concedo. Et cum dicit sic potuit ita decuit. nego. Et cum dicit omne quod est de deo possibile illi conuenit: dico q̄ hoc est vꝝ de potentia ordinata sed de absoluta negatur. ¶ Ad quintū & vltimū dico q̄ illud fundamentuꝫ est verissimū: q̄ q̄uis deus potuisset cōferre maiora virgini: tamē illa nō conueniebant illi in hac vita: ut beatitudo & immortalitas: ut p̄z intelligenti ēminos.

¶ Responsio ad auctoritates quarti articuli partis affirmatiue.

AD auctoritates quarti articuli dico q̄ omnes pcedunt de lege coi. Secōm enī legē omnes debebamus incurrere pccatū: sed nō tollunt q̄ virgo dei mater nō fuerit p̄ gratiam p̄eseruata: qa ℈m Aug̃. ℈go fuit oibꝰ gratijs fecundata: oi sanctitate in vtero matris repleta.

¶ Responsio ad auctoritates quinti articuli partis affirmatiue.

